

136



606



10

6

12664

12.464



# CARTA DE SV MAGESTAD, el Rey nuestro señor Filipo III. A Don Fray Iuan Merinero, Obispo de Valladolid, y de su Consejo.

EL REY.



EVERENDO en Christo Padre, Obispo de Valladolid, de mi Consejo. He entendido, que aviendose juntado en Roma algunos de los Cardenales de la Congregacion de Inquisicion, en el Convento de la Minerva, por Enero del año pasado, de mil y seiscientos y quarenta y quatro, decretaron se prohibisse en todas las impresiones, el dar titulo de Inmaculada à la Concepcion de la Santissima Virgen. Y si bien en el dicho decreto se han considerado algunas nulidades, respeto de auerse hecho por tres Cardenales solos de una Congregacion, en que interuieren nueve, por no auer le confirmado el Papa, y auer sido dispuesto solo à fin de obuiar

CT-2220

obuiar vn caso particular , à que se añade tambien el reparo  
de auerse tenido oculto mas de quattro años , y auerse despues  
de ellos hecho sacar à luz por los mismos tres Cardenales que  
le acordaron , todo sin noticia de su Santidad , y viendo que la  
Fé , y gran deuocion mia , y de todos mis Reynos a este sagra-  
do mysterio , manifestada con publicos oficios , y instancias à  
los Sumos Pontifices por tan dilatada carrera de años , hecha  
por la Magestad del señor Rey Don Felipe III. mi Padre , y  
Señor , y continuadas por mi con repetidas suplicas , y cartas  
de mi mano , pidiendo continua , y affectionamente se declare  
por de Fé en toda la Iglesia . Quando se deuiera esperar , que  
tantas diligencias , y tan eficaces huiieran puesto la materia  
muy adelantada , me ha desconsolado que se descubra aora vn  
decreto poco conforme ( al parecer ) à lo que la Iglesia tiene  
permitido , y opuesto à las festiuidades , que se hazen , y votos  
q se ofrecen continuamente en diuersas Prouincias del mun-  
do , y mucho mas que en otras en estos Reynos . Por lo qual  
he resuelto , que no solo se trate de que se anule , ó interprete  
el decreto referido , sino q se buelva sobre el punto principal ,  
que se persista constantemente hasta su Difinicion , y que vaya  
à Roma sugerto de autoridad , y letras muy acreditadas con el  
cargo deste solo negocio , para que debajo de la mano de mi  
Embaixador continue incessantemente las suplicas à su beatitud ,  
y los demas oficios que fueren necessarios para que se lle-  
gue al punto principal de la decision , y porque cõ mayor fun-  
damento , y eficacia se trate del , y el sugeto que yo eligiere  
vaya bien aduertido , y instruydo de todas las doctrinas fau-  
rables que asisten al intento , he tenido por conueniente par-  
ticiparosesta resolucion , para que en vn papel me digays lo  
que en defensa deste misterio tuvieredes que aduertir , fun-  
dandolo con los escritos que huieredes obseruado , y con  
vuestro parecer , entendiendo , que por las letras , y gran deuoc-  
cion que ha asiste à tan soberano misterio , seran muy proue-  
chosas para el intento las aduertencias que hizieredes : Y os  
encargo

encargo que con la brevedad q[ue] fuere possibile me le remi-  
tays por mano de D.Fernando Ruyz de Contreras, porque  
no se pierda tiempo en este negocio, que tiene el primer lu-  
gar en mi estimacion, y deuocion. De Aranjuez, à 30. de Abril  
de 1652.

YO EL REY.

*D.Fernando Ruyz  
de Contreras.*

ZO DE MEY.

En la d'la de F. G.  
de Corinto.

(John Rego de Braga  
F. Cardoso)

**R E S P V E S T A A L A**  
carta de su Magestad, supra scrip-  
ta, por D. Fray Juan Merinero,  
**Obispo de Valladolid,**  
**y de su Consejo.**

**Señor.**



ARA dos fines ordena V. Magestad, en Carta  
tade 30. de Abril de 1652. à mi corto talen-  
to, ponga en vn papel lo que en defensa del  
Articulo de la Inmaculada Concepcion de  
la Virgen, y Madre de Dios Reyna, y Seño-  
ra Nuestra, tuviere obseruado.

El primero es la reformacion, ó reuocacion de vna sferro  
decreto de la Santa, y general Inquisicion de Roma, que in-  
audita parte, y sin las condiciones requisitas se ha divulgado,  
junto con dos libelos suplices, que sin saberse quien sea el au-  
tor dellos procuran defenderle. En el qual decreto se ordena  
que el titulo de *Inmaculada* (de que tiene possession la Con-  
cepcion Santissima de la Virgen Nuestra Señora por siglos re-  
petidos; no solo en las lenguas, y escritos de los fieles, sino en  
las lenguas, y Breves de muchos Summos Pontifices, y lo que  
mas es en el Oficio Diuino, de que usó la Iglesia Romana, en  
la celebridad desta santa fiesta de la Concepcion, por vn siglo  
entero,

entero, y al presente por concesion Apostolica vfa, y rezato: da la Religion de S. Francisco) no se dé, ni aplique à la Concepcion Santa, sino se dé, y aplique à la Virgen Nuestra Señora. Como si fuera posible llamarla la Virgen Nuestra Señora *Inmaculada* absolutamente, y sin restriccion alguna (como la llaman los Santos Padres, los Summos Pontifices, y los Sagrados Concilios) no lo auiendo sido en el instante de su Concepcion Santissima.

Para este fin Señor, auiendo salido à luz dos libros tan insignes, como son el llamado *Armamentarium Seraphicum*, que hizo la Religion Serafica de mi Padre S. Francilco : y el intitulado *Pro titulo Immaculatae Conceptionis*, que compuso el Doctissimo Doctor D. Antonio Calderon , no halla mi corto caudal que poner en papel, sino las gracias q se deuen dar à los Autores destos dos libros. Pues en ellos no solo con evidencia se defiende la possession del titulo de *Inmaculada*, que por tantos siglos tiene , y goza la Concepcion Santissima de la Virgen María Madre de Dios Reyna , y Señora nuestra, sino juntamente se descubren las calumnias que contienen los libelos suplices , y descubiertas , tan manifiesta , y eficazmente se impugnan, y refutan: que si en Roma se dà lugar al informe de las partes, parece no se puede dudar, que co el informe destos dos libros la Sacra , y General Inquisicion de Roma, mejor informada, reuocará, ó reformará dicho asferro decreto.

El segundo fin (y en esta materia el principal) es el que la Fe, y gran deuocion à este Sagrado misterio, assi de V. Magestad, como del señor Rey Filipe III. y de todos estos vuestros Reynos ha desleado conseguir de la Sede Apostolica, con tan publicos oficios, y instancias hechas à los Summos Pontifices por tan dilatada carrera de años, y consiste en inclinar à su Santidad, à que vistando de su benignidad Apostolica de fina, óclare para toda la Iglesia la verdad del Articulo de la Santa , y *Inmaculada Concepcion de la Virgen María, Reyna y Señora*.

ra nuestra, y Madre del Vnigenito Hijo de DIOS.

Para este sín Señor, la cortedad de mi talento hā pensado; que seria de importancia el assentir, y establecer en Theologia Escolastica (que es la que purifica, y acendra las verdades Theologicas) dos proposiciones, que poder representar á su Santidad, y Colegio Sacro de Cardenales, para sobre dicho fin. La primera es : *Definibilitas articuli Immaculatae Conceptionis his temporibus pro comperto habenda est.* Que el poderse definir el articulo de la Inmaculada Concepcion, en estos tiempos: es cosa tan cierta, que no puede admitir duda. La segunda proposicion es, la que de la primera se insiere. *Conueniens est, ut Veritas Articuli Immaculatae Conceptionis, quamcitus à Summo Romano Pontifice ē Cathedra declaretur.* Que es cosa conueniente, que su Santidad, como Sumo Pontifice declare lo mas presto que sea possibile la verdad del Articulo de la Inmaculada Concepcion.

Estas das proposiciones he procurado assentar, y establecer en Theologia Escolastica, y obedeciendo las ordenes de V. Magestad, las he puesto en vn papel de letra que se pueda leer en Idioma Latino, por no permitir otro la materia, y todo lo remito á los pies de V. Magestad, para que se sirua de mandar se examine por los Theologos desta junta, y dēn la Censura conueniente. Guarde Nuestro Señor la Real, y Catholica persona de V. Magestad, con la salud, vida, y felicidad que estos Reynos, y toda la christiandad necesita. Valladolid y Agosto 6. de 1652.

*Fr. Juan, Obispo de Valladolid.*

2913. de 1114. in 1115. V. lib. de la M. y. u. 1116. lib. de  
2914. 1117. q. de 1118. u. 1119. 1120. lib. de la M.  
2915. q. de 1121. q. de 1122. q. de 1123. q. de 1124. q. de 1125.  
2916. q. de 1126. q. de 1127. q. de 1128. q. de 1129. q. de 1130.  
2917. q. de 1131. q. de 1132. q. de 1133. q. de 1134. q. de 1135.  
2918. q. de 1136. q. de 1137. q. de 1138. q. de 1139. q. de 1140.  
2919. q. de 1141. q. de 1142. q. de 1143. q. de 1144. q. de 1145.  
2920. q. de 1146. q. de 1147. q. de 1148. q. de 1149. q. de 1150.  
2921. q. de 1151. q. de 1152. q. de 1153. q. de 1154. q. de 1155.  
2922. q. de 1156. q. de 1157. q. de 1158. q. de 1159. q. de 1160.  
2923. q. de 1161. q. de 1162. q. de 1163. q. de 1164. q. de 1165.  
2924. q. de 1166. q. de 1167. q. de 1168. q. de 1169. q. de 1170.  
2925. q. de 1171. q. de 1172. q. de 1173. q. de 1174. q. de 1175.  
2926. q. de 1176. q. de 1177. q. de 1178. q. de 1179. q. de 1180.  
2927. q. de 1181. q. de 1182. q. de 1183. q. de 1184. q. de 1185.  
2928. q. de 1186. q. de 1187. q. de 1188. q. de 1189. q. de 1190.

lib. de la M. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118.

# PRIOR PROPOSITIO.

*Difinibilitas Articuli Immaculatae Conceptionis his temporibus pro comperto  
habenda est.*

Hæc Propositio tribus principalibus rationib⁹  
demonstratur,

## PRIMA RATIO:

**D**EVMMITVR ex certitudine, quæ veritas huius articuli gaudet. Licet enim veritas huius articuli certitudinem fidei nō attingat (& hoc tantum, & nihil amplius Sixtus Quartus, & alij Pontifices intendunt, cū in suis constitutionibus facultatem, seu potius toleratiām, & permisso- nem oppositum sentiendi concedunt) tamen Sacratus Cultus, quo iam Ecclesia festum Cōceptionis celebrat, adeo certitudinem huius veritatis euexit, vt in re hēc veritas non pos- sit subesse falso, quod sic demonstro.

2 Omne festum, quod Ecclesia Sacro Cultu celebrat, ita verum est esse Sanctum, & Immaculatum, vt prædicta veritas in re non possit subesse falso, sed Ecclesia Sacro Cultu celebrat festum Conceptionis Virginis Mariæ, ergo quod Conceptio Virginis Mariæ sit Sancta, & Immaculata, ita ve- rum est, vt prædicta veritas in re non possit subesse falso.

3 Discursus est optimus, nam est in Darij, maior à nullo negari potest, alias Ecclesia in propōnendo fidelibus subie- sum dignum Sacri Cultus posset falli, quod nefas merito re-

## 2 PRIOR PROPOSIT. RAT. I.

putatur. Imò aduersarij libello 2. num. 17. affirmant, ita esse certam apud Sanctum Bernardum, Sanctum Ildephonsum, & Sanctum Thomam, vi ex eo, quod Ecclesia ab antiquo celebret festum nativitatis Virginis Mariæ, pro comperto habeat nativitatem Virginis fuisse Sanctam. Verba libellatoris sunt: Sed Ecclesiæ Sanctæ fixa est, & perpetua consuetudo colendi non nisi certam, & indubitatam sanctitatem, quod pro comperto habent Sanctus Bernardus, Sanctus Ildephonsus, & Sanctus Thomas, qui hac vnicaratione Nativitatem Virginis Sanctam fuisse tradunt, quia Ecclesia ab antiquo eam celebrat.

4 Minor etiam adeò ocularis, & manifesta est, ut à solo proteruo possit denegari. Nam in primis Romanam Ecclesiā à temporibus Sixti Quarti, vsque ad tempora Pij Quinti, non solum Sacro Cultu celebrasse festum Conceptionis, sed etiam ad hoc speciale, & proprium officium ordinasse, scū instituisse (scilicet Nogarolis, vbi ad satietatem Concepio Virginis Mariæ titulo Immaculatæ decoratur) constat ex testimonijis ipsius Sixti Quarti.

5 Nam in constitutione Graue nimis edita anno 1481, volens acriter reprehenderē cōcionatores quosdam, qui sententiam de Immaculata Conceptione nota h[ab]etis invrebāt, sic affatur. Sane sicut accepimus, nonnulli diuersorum ordinum professores ad prædicandum Verbum Dei diuersis ciuitatibus, & locis Lombardiae deputati, & non ignorari (attende verba) quod Sancta Romana Ecclesia de intemerata semperque Virginis gloriose Mariæ Conceptione festum celebrat, & speciale, ac proprium officium ordinauit, in eorum prædicationibus ad populum publicē affirmare haec tenus non erubuerunt, &c. Eisdem penē verbis idem reperit in extrauaganti eiudem etiam initij Graue nimis edica Anno 1483, quę habetur inter communes de reliquijs, & veneratione Sacerdotum; Verbarefero. Sane cum Sancta Romana Ecclesia de intemerata semperque Virginis Mariæ Conceptione publi-

## PRIOR PROPOSIT. RAT. I.

3

cē festum solemniter celebret, ac proprium super hoc officium ordinauerit nonnulli (vt accepimus) diuersorum Ordinum Prædicatores, &c. Ecce quomodo Summus Pontifex Sixtus Quartus, sc̄mel, & iterum testatur Sanctam Romanam Ecclesiam non solum celebrare sacro ritu festum Conceptio-  
nis, sed etiam speciale, & proprium officium ad hunc finem instituisse, sc̄l ordinasse.

6 Idem prorsus constat ex constitutione Cum præ excelsa eiusdem Sixti Quarti edita anno 1476. vbi non solum laudat, & approbat officium Sacrum de Conceptione Virginis Mariæ dispositum, & ordinatum à Nogarolo, nec solum inuitat alias Ecclesias à Romana ad eius recitationem, concedendo indulgentias, tam recitantibus, quam illius recitationi assi-  
tentibus, sed etiam expressè fatetur institutionem, tam Missæ Conceptionis, quam officij sacri à Nogarolo dispositi ab ipso Romano Pontifice, & consequenter ab ipsa Romana Ecclesia emanasse; verba subscribo; Statuimus, & ordinamus,  
quod omnes, ac singuli Christi fideles viri usque sexus, qui Missam, & officium Conceptionis eiusdem Virginis gloriose, iusta-  
riam, & deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filij Magistri Leonardi de Nogarolis Clerici Veronensis No-  
tariorum nostri (Ecce laudem, & approbationem officij Noga-  
rolis) & quæ desuper à nobis emanauit Missæ, & officij  
huiusmodi institutionem (Ecce, vt ab Ecclesia Romana ce-  
lebretur, institutionem) in die festiuitatis Conceptionis eius-  
dem Virginis Mariæ, & per octauas eiusdem deuotè cele-  
braberint, & dixerint, aut illius horis canonicis interfuerint,  
quoties id fecerint eandem prorsus indulgentiam, & pecca-  
torum remissionem consequantur, &c. (Ecce, vt ab illis Ec-  
clesijs à Romana recitaretur, invitationem) non ergo solum  
Sixtus Quartus in hac constitutione, laudat, & approbat offi-  
cium Nogarolis, nec solum inuitat omnes alias Ecclesias à Ro-  
mana ad eius recitationem, sed etiam expressè fatetur prædi-  
cti officij (quod in Ecclesia Romana recitabatur) institutio-

B 2

nem

4 PRIOR PROPOSIT. RAT. I.

nem ab ipsa Romana Ecclesia emanasse.

7 Imò idem manifestè conuincitur ex verbis Decreti Gregorij Decimiquinti editi Feria 3. die 24. Maij, anno 1622. in Generali Inquisitione Romana (cuius infra mentionem faciemus) vbi reddens rationem, cur ab ipso decernatur, ut in sancto Missæ sacrificio, & Diuino Officio celebrandis, tam publicè, quam priuatim, non alio, quam Conceptionis nomine vii omnes debeat, non aliam assignat, nisi hanc; *Cum sancta Romana Ecclesia de Beatissimæ, & interemerat Virginis Mariæ Conceptione, festum solemniter, & officium celebret, omnibus, & singulis personis, &c.* Ecce etiam Gregorius 15. exp̄r̄sē facetus Romanam Ecclesiam Sacro, & publico ritu festum Conceptionis celebrare.

8 Deinde vniuersalem Ecclesiam à tempore Pij V. (qui ex decreto Tridentini reformatu, tam Breuiariūm Romanū, quam Missale, vt ex eius constitutionib⁹. *Quod à nobis postulat*; edita anno 1568. & *Quo primūm tēpore edita anno 1570.* manifestè constat) usque ad præsentem diem non solum celebrare Sacro Cultu festum Conceptionis, sed etiam ad hunc finem speciale officium designasse, quis dubitare poterit? Cum tam in Breuiarijs, quam in Missalibus reformatis octauo die Decembri festum Conceptionis insertum videamus, adhoc, vi Sacro Cultu, & sub ritu duplicitis celebretur. In super etiam intueamur officium Nogarolis, quo vfa est Romana Ecclesia à tempore Sixti Quarti, usque ad reformatiōnem Breuiarij, & Missalis factam à Pio V. commutatum esse in officium Natiuitatis, mutato duntaxat nomine Natiuitatis in nomen Conceptionis.

9 Imò addo post reformationem Breuiarij, & Missalis factam, à Pio V. celebrationem festi Conceptionis excellētia dupliciti gaudere, quibus ante reformationem non gaudebat. Prima, quod post reformationem, non solū Ecclesia Romana, sed etiam omnes aliæ Ecclesias tenentur sub præcepto, & sub poenitēti in constitutionibus Pij, supra relatis, contentis, festum

festum Conceptionis celebrare, cum ante reformationem, sola Romana Ecclesia à temporibus Sixti IV. ad prædictam celebrationem teneretur, alias Sixtus IV. Ecclesiæ distinctas à Romana non invitaret (sicut de facto invitata in constitutio-  
ne *Cum præ excelsa*) ad celebrationem festi Cōceptionis, sed potius cogeret, sicut cogebatur Romana.

10 Secunda, quia designans Pius Quintus ad celebra-  
tionem festi Conceptionis, idemmet officium, quo vniuersa-  
lis Ecclesia ab antiquo festum Natiuitatis Virginis celebra-  
bat; festum Conceptionis, non solum in substantia, sed etiam  
in circustantia ritus, & officij cum festo Natiuitatis coëqua-  
vit, ut consequenter agnoscerent aduersarij, quod si sanctus  
Bernardus, sanctus Ildephonsus, & sanctus Thomas (à libel-  
latore citatis) pro comperto haberunt Natiuitatem Virgi-  
nis fuisse sanctam, hac vnlca ratione conuicti, nimis, quia  
Ecclesia ab antiquo eam celebrabat; absque dubio prædicti  
Sancti, si hoc tempore essent superstites, pro comperto, etiam  
haberent Conceptionem Virginis fuisse sanctam, & immacu-  
latam, eadem ratione conuicti, nimis, quia ab antiquo (sci-  
licet à temporibus Pij Quinti) vniuersalis Ecclesia, non so-  
lum quoad substantiam, sed etiam quoad circustantiam ri-  
tus, & officij ipsam celebrat, ac celebrat Natiuitatem.

11 Quod si aliquis obiectat in officio, quo vniuersalis  
Ecclesia à temporibus Pij Quinti Conceptionis festum cele-  
brat, non appellatur conceptio Virginis Immaculata, sicut ap-  
pellabatur in officio Nogarolis, ergo ex officio, quo nūc vni-  
uersalis Ecclesia festam Conceptionis celebrat, non restat  
inferriri Conceptionem Virginis Mariæ fuisse immaculatam,  
sicut inferebatur ex officio Nogarolis.

12 Ad hanc obiectionem (que si vim haberet, etiam co-  
tra aduersarios conuinceret, ex officio, quo vniuersalis Eccle-  
sia festum Natiuitatis Virginis ab antiquo celebrat, non restat  
inferriri Natiuitatem Virginis fuisse immaculatam, si quidem  
in prædicto officio Natiuitas Virginis non vocatur immacu-  
lata)

lata) facillimè respondemus.

13 In primis dicimus, argumentum à nobis supra factum ad probandum, ita verum esse pro his temporibus Conceptionem Virginis Mariæ esse sanctam, & immaculatam, ut prædicta veritas in re non possit subesse falso, non esse desumptum ex verbis officij, quo Ecclesia festum Conceptionis celebrat, sed ex eo, quod sacro ritu Ecclesia festum Conceptionis celebrat, quod est vnicum fundamentum ex quo (ipsis aduersarijs consentientibus) sanctus Bernardus, sanctus Ildephonsus, & sanctus Thomas pro cōmperio habuerunt Natiuitatem Virginis fuisse sanctam, & immaculatam, & cum probatum sit à temporibus Sixti Quarti Ecclesiam Romanam, non solum celebrasse sacro ritu officium Conceptionis, sed etiam ad hunc finem officium speciale, & proprium instituisse, & à temporibus Pij Quinti, non solum Romanam Ecclesiam, sed etiam Ecclesiam vniuersalem prædictum festum celebrare, imò hanc festiuitatem, tam in substantia, quam in circumstantia ritus, & officij, cū festiuitate Natiuitatis coequalis; argumentum adhuc manet in sua vi.

14 Deinde si ex verbis officij, quo à temporibus Pij Quinti celebrat vniuersalis Ecclesia festum Conceptionis velimus summere argumentum, nescio quo pacto aduersarij sustinere possint ex eius verbis non posse colligi Cōceptionem Virginis Mariæ esse immaculatam, seu iniuriam à peccato originali, cum in quodam responsorio prædicti officij conceptione Virginis Mariæ plenis verbis sancta nuncupetur; *Sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem,* nisi forte velint gratiam sanctificantem, & maculam peccati originalis, in instanti Conceptionis Mariæ simul coluisse, quod absurdum est.

15 Imò addo in Conceptione Virginis Mariæ esse sanctam, aliquid maius, & excellentius esse, quam esse Immaculatam, cum vox sancta signicer gratiam sanctificantem, vox Immaculata carentiam culpæ originalis. Vnde quantū præstat

## PRIOR PROPOSIT. RAT. II.

7

rat gratia sanctificans carentem peccati originalis, que ex illa necessario sequitur, tantum praestat conceptionem esse *Sanctam, quam esse immaculatam.* Rursus vox *Sancta* significat effectuam formalem gratiae primarium, vox *Immaculata* effectum formalem gratiae secundarium, ille positius est, & hic negatius, ille prior, & precepius, hic ex natura rei posterior, & ab illo dependens. Non ergo solum vox *Sancta*, qua decoratur conceptio Virginis Mariæ in officio, quo vniuersalis Ecclesia a temporibus Pij Quinti ipsam celebrat conuincit. Conceptionem Virginis Mariæ fuisse immaculatam, & immunem a peccato originali, sicut conuincebat vox *Immaculata*, qua predicta conceptio decorabatur in officio Nogarolis, sed etiam id praestat cum foenore, & excellentia maiori.

16 Sed videamus quibus nugis tanti argumenti vim fugere conentur aduersarij. Commune effugium, & ab omnibus receptum est, negare minorem nostri discursus, scilicet Ecclesiam in sensu a nobis intento Conceptionem Virginis sacro cultu celebrare: Dicunt enim, etsi negari non possit Ecclesia sacro cultu celebrare Conceptionem Virginis Mariæ, sed non conceptionem naturalem in ipsomet instanti conceptionis, seu infusionis animæ sanctam, & immaculatam, ut nos intendimus. Quod si ab aduersarijs inquiras, quid ergo erit obiectum sacri cultus intentum ab Ecclesia in celebratione festi Conceptionis, si non est, ut nos intendimus, conceptio naturalis Virginis in ipsomet instanti Conceptionis, seu infusionis animæ, sanctam, & immaculatam? Variant aduersarij neque omnes eadem via procedunt, quas occludere necessarium erit, & simul ostendere aduersarijs rationibus efficacibus obiectum sacri cultus intentum ab Ecclesia in celebratione festi Conceptionis esse, quod nos intendimus, scilicet ipsam naturalem Conceptionem Virginis Mariæ in ipsomet instanti Conceptionis, sanctam, & immaculatam.

17 Prima via est eorum, qui dicunt obiectum sacri cultus intentum ab Ecclesia in celebratione festi Conceptionis esse

esse solam spiritualem conceptionem, id est sanctificationem, qua sanctificata est Virgo Maria, in aliquo posteriori instanti ab illo priori, in quo praedicta Virgo contraxit peccatum originale, sed quia ignoratur quo die continget hec sanctificatio referitur ad ipsum diem Conceptionis, & ideo festum a die quo celebratur nomen sumpsit, & conceptionis dicitur, quamvis non conceptio naturalis, sed sanctificatio, seu conceptio spiritualis colatur. Quam doctrinam, qui hac via procedunt, deducere conantur ex Diuino Thome, 3. part. quæst. 27. art. 2. vbi quærens, Virum Beata Virgo fuerit sanctifica-  
ta ante animationem, postquam pro parte affirmativa propo-  
suisset tertium argumentum in hunc modum; Non celebra-  
tur festum nisi de aliquo sancto, sed quidam celebrant festum  
Conceptionis Beatae Virginis, ergo videtur, quod in ipsa Con-  
ceptione fuerit sancta, & ita quod ante animationem fuerit  
sanctificata. Sic responderet ad præfactum argumentum. Ad  
tertium dicendum, quod licet Romana Ecclesia Conceptio-  
nem Beatae Virginis non celebret, tolerat tamen consuetudi-  
nem aliquarum Ecclesiarum illud festum celebrantium, unde  
talis celebritas non est totaliter reprobanda; nec tamen per  
hoc, quod festum cōceptionis celebretur, datur intelligi, quod  
in sua Conceptione fuerit sancta, sed quia quo tempore sanctifi-  
cata fuerit ignoratur, celebratur festū sanctificationis eius,  
potius quam Conceptionis, in die Conceptionis ipsius. Hęc  
Diuus Thomas.

— 18 Sed licet ante tempora Sixti Quarti, quando scilicet Romana Ecclesia non celebrabat festum Conceptionis, sed solum tolerabat consuetudinem aliquarum Ecclesiarum praedi-  
tum festum Conceptionis celebrantium, non solum recte, sed etiam piissimè Diuus Thomas solutione huius primæ viae  
vñsus fuerit in responsione ad tertium argumentum, videlicet obiectum sacri cultus, quo particulares illæ Ecclesiae festum  
Conceptionis ex permissione Ecclesiæ Romanæ celebrabant,  
non esse conceptionem naturalem (sumpta conceptione na-  
turali

turali non pro animatione fœtus, sed ut à Diuuo Thoma in verbis relatis desumitur pro formatione fœtus, quæ ipsam animationem antecedit,) sed esse sanctificationem, qua Virgo Maria in ipso met instanti animationis, quæ ex natura rei ad ipsam formationem fœtus consequitur, decorata est: sed quia dies huius animationis, in quo prædicta sanctificatio facta est, ignoratur (de hoc enim sunt variae opiniones Medicorum) ideo prædictæ Ecclesiæ festum hujus sanctificationis reuocabant ad diem Conceptionis, hoc est formationis fœtus de quo dubium non est fuisse oclavum Decembris, quâuis eo die non contigerit sanctificatio, sicut neque animatio, quæ iuxta communes leges naturæ multis post conceptiōnem diebus sit, tamen à temporibus Sixti Quarti, quibus cœpit Romana Ecclesia festum Conceptionis celebrare (sumpta Conceptione non pro formatione fœtus, animationem antecedenti, ut antè tempora Sixti Quarti sumebat Diuus Thomas, sed pro animatione fœtus, ut Sextus Quartus cœterique Pontifices post ipsum desumperunt, & desumunt) neque Diuus Thomas (si superstes esset) ad fugiendum discursum à nobis factum, solutione huius primæ viæ vteretur, neque ea aliquis Catholicus Doctor sine graui nota, & censura vii potest, assumptum quoad singulas partes demenstramus.

19. Et in primis Diuum Thomam (qui vixit antè tempora Sixti Quarti) recte, & p̄ijſimè vſum fuisse solutione huius primæ viæ in responsione tertij argumenti: quod pro sententia affirmante, Virginem Mariam antè animationem fuisse sanctificatam, proposuerat, manifestum est. Nam cum prædictum argumentum non fuisset desumptum ex celebratione festi Conceptionis, quæ fieret in Romana Ecclesia, sed ex celebratione festi Conceptionis, quæ ex tolerantia Romanæ Ecclesiæ in aliquibus priuatis Ecclesijs fiebat: Et in super in sententia Diui Thomæ nomen Conceptionis non supponebat pro animatione, sed potius pro formatione fœtus,

tus, quæ ex natura rei ipsam animationem antecedit, quæ eo ipso neq; sanctitatis, neque sacri cultus capax est, atque ideo ex hoc solo capite posset præsatam celebritatem Conceptionis, vt fatuam, & inanem totaliter reprobare: Nihilominus, quia sanctus doctus, & piissimuserat, volens tam pietati illarum Ecclesiarum consulere, quam reddere ratione cur ab Ecclesia Romana celebratio prædicti festi Conceptionis tolerabatur, noluit prædictam festivitatem totaliter reprobare, sed conatus est illam ad sanum sensum reducere, quod recte, & piissime præstitit, vt édo solutione huius primæ viæ, supra relata.

20 Deinde à temporibus Sixti Quarti Diuum Thomā (si superstes esset) minimè usurpum solutione huius primæ viæ ad fugiendum discursum à nobis factum, non minus manifestum est. Nam cum à temporibus Sixti Quarti, quibus Romana Ecclesia festum Conceptionis celebrate cœpit, in prædicta celebratione, nomen *Conceptionis* non supponat pro formatione fœtus (quæ ex natura rei animationem antecedit, vt antè tempora Sixti Quarti in celebratione Conceptionis, quæ fiebat ab aliquibus priuatis Ecclesijs, nomen *Coceptio*, ex mente Diui Thomas usus est, in responsive ad tertium, solutione huius primæ viæ, vt ad sanum sensum reuocaret festivitatem Conceptionis, quæ ab aliquibus priuatis Ecclesijs, antè tempora Sixti Quarti fiebat, tam inepie prædicta solutione vtereatur ad aliū sensum, quam verbasonant reuocandam festivitatem Conceptionis, quæ ab Ecclesia Romana à temporibus Sixti Quarti celebratur, nam illa sanctitatis, & Sacri cultus incapax erat, ista verò sanctitatis, & Sacri cultus capax est.

21 Rursus si Sanctus Thomas ex eo præcise, quod Ecclesia Romana celebrabat festum Nativitatis pro comperto habuit Nativitatem Virginis suisse sanctam, si superstes esset,

esset, & agnosceret à temporibus Sixti Quarti, Romanam Ecclesiam etiam celebrare festum Conceptionis, sumptu Conceptione non pro formatione factus, quæ sanctitatis est incapax, sed pro animatione, quæ sanctitatis est capax, nunc quid displicere ei potuisse et discursus à nobis factus ad probandum, pro comperto esse habendum Conceptionem naturalem Virginis Mariæ fuisse Sanctam, & consequenter Immaculatam, & ad ipsum fugiendum recurreret ad solutionem huius primæ viæ? Minime quidem: cum discursus à nobis factus eodem prorsus nitatur fundamento, quoniam discursus Divi Thomæ, scilicet à temporibus Sixti Quarti, non solum Ecclesiam Romanam festum Conceptionis celebrare, sed etiam ad hunc finem officium speciale, & proprium instituisse, immo à temporibus Pij Quinti, non solum Romanam Ecclesiam, sed vniuersalem Ecclesiam de Conceptione festum agere eodem prorsus ritu, & officio, quo Nativitatem celebrat.

22 Item cum Divus Thomas (si superstes esset) audiret in officio Conceptionis, quo virtutur vniuersalis Ecclesia à temporibus Pij Quinti; verba ista. *Hodie Concepta est Beata Virgo Maria, ex progenie David.* Et iterum, atque iterum (scilicet in vespere, atque laudibus) *Conceptionis Virginis Mariae ex semine Abrahæ ortæ de Tribu Iuda, clara ex stirpe David.* Putandum est, quod prædicta verba, non de Conceptione naturali, sed de sola spirituali, quæ sit per sanctificationem, interpretaretur? Minime quidem, cum talis interpretatio plane absurdissima foret, maneat ergo firmum, & stabile, à temporibus Sixti Quarti Diuum Thomam (si superstes esset) minimè usursum solutione huius primæ viæ ad fugiendum viæ discursus à nobis facti. Quin potius ad probandum Conceptionem naturalem Virginis Mariæ sumptuam pro animatione, in prædicto instanti animationis fuisse Sanctam, & Immaculatam, prædictum discursum pro viribus amplexus sum.

23 Demum à temporibus Sixti Quarti nullum Catholicum Doctorem, sine graui nota, & censura posse uti solutione huius priuæ viæ ad fugiendam vim nostri discursus; patet ex constitutione Sixti Quarti, quæ incipit, *Graue nimis, non illa eiusdem initij, quæ inter extraugantes in iure Canonico numeratur, & fuit edita anno 1483. sed alia longe diuersa, & prius edita, quæ habetur in Bullario Emanuelis Roderici, & in monumentis Ordinis Minorum, & in firmamento trium ordinum, & alibi. In qua cōstitutione duæ propositiones, tanquam false, errore, & à veritate alienè damnantur. Primi, Hæreticos esse afferentes Virginem Mariam, absque peccato Originali nuisse Conceptam. Secunda, & magis ad rem. Sanctam Romanam Ecclesiam de spirituali dūtixat Conceptione, seu sanctificatione eiusdem Virginis gloriose festum celebrare. Contra quosdam Prædicatores, qui non ignari, quod Sancta Romana Ecclesia de intemperatæ, semperque Virginis gloriose Mariæ Conceptione festum celebrauit, & speciale, & proprium officium ad hunc finem ordinauit, nihilominus prædictas propositiones, non solum assertebant, sed etiam populis prædicabant. Verba constitutio- nis, quæ ad rem attinent subscripto. Sane sicut accepimus non nulli diuersorum ordinum professores ad prædicandum Verbum Dei in diuersis ciuitatibus, eis locis, partibus Lombardie deputatis, & non ignari, quod Sancta Romana Ecclesia de intemperatæ semperque Virginis gloriose Mariæ Conceptione festum celebrauit, & speciale, ac proprium officium ordinauit, in eorum prædicationibus ad populum publicè affirmare, hactenus non erubauerint, & quotidie prædicare non cessant astante populi multitudine, omnes illos, qui tenent, & affirmant eandem gloriosam, & Immaculatam Dei Genitricem Mariam, absque peccati Originalis macula nuisse Conceptam hæreticos esse, & ipsam Romanam Ecclesiam solam spiritualem Conceptionem, seu sanctificacionem eiusdem Virginis Mariæ celebrare, &c. Nos igitur huic-*

buiusmodi temerarijs ausib⁹, & peruersis, à veritate penitus alienis assertionibus, &c. Obuiare volētes, &c. Huiusmodi assertiones Prædicatorum eorundem, & aliorū quorumlibet, qui affirmare præsumerent. Eandem Sanctam Romanam Ecclesiam de spirituali duntaxat Conceptione, & sanctificatione eiusdem Virginis gloriose festum celebrare, & eos qui crederent, & tenerent eam Dei Genitricem ab Originali peccati macula in sua Conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labo pollutos fore, utpote falsas, & erroneas, ac à veritate alienas, editos quoq; desuper libros prædictos id continentes, autoritate Apostolica præsentium tenore reprobamus, & damnamus. Ecce quomodo Summus Pontifex, non solum damnat tanquam erro- neum, quod Ecclesia Romana de spirituali duntaxat Concep- tione, & sanctificatione festum celebret, sed etiam ratio- nem reddit, cur id asserentes arguat erroris, nimis, quia id asserunt non ignari, quod Sancta Romana Ecclesia, de in- temerata, semperque Virginis gloriose Mariæ Conceptio- ne festum celebrat, &c. Innuens nomē Conceptio, in dicta ce- lebratione, ita clare, & manifestè significare Conceptionem naturalem, ut qui rem iam manifestam negāt, & de sola san- ctificatione festum interpretantur, erroris notam non effa- gient.

24. Quod si forte aliquis dubitet de fide huius constitu- tionis, legat Doctorem Antonium Calderon in defensione tituli Immaculæ Conceptionis, cap. 7. à num. 10. usque in finem, qui exactè, & acutissimè probat, non solum hanc constitutionem esse Sixti Quinti, & distinctam ab alia eiusdem initij, quæ habetur inter exiraugantes in iure canonico, sed etiam Concilium Tridentinum, sess. 5. Decreto de peccato originali, in eam inter sixti apas agnouisse, & ipsam, & pœnas in illa impositas approbasse, & confirmasse.

25. Ex dictis sat is oclosa manet, huc prima via sustinen- tium in celebratione Conceptionis, quæ sit in Ecclesia Ro- mana

manū à temporibus Sixti Quarti, imò à temporibus Pij Quinti ab vniuersali Ecclesia, obiectum prædicti Sacri Cultus non esse Conceptionem naturalem, vt nos afferimus, sed Conceptionem spiritualem, seu sanctificationem. Sed restat positivè, & rationibus efficacibus ostendere aduersarijs huius primæ viæ, obiectum prædicti cultus non esse Conceptionem spiritualem, sed potius naturalem, scilicet animationem, in ipsomet instanti animationis, Sanctam, & Immaculatam, vt nos sustinemus.

26 Prima, Ecclesiæ illæ priuatæ, quæ antè tempora Sixti Quarti festum Cōceptionis sola permissione Ecclesiæ Romanae celebrabant, nomine Conceptionis, non sanctificationem duntaxat, sed naturalem Conceptionem in ipsomet instanti animationis, Sanctam, & Immaculatam celebrabant, alijs perperam repræhenderentur à sustinentibus Virginem Mariam in sua Conceptione contraxisse peccatum Originale, ob talem cultum, sed festum Conceptionis, quod à temporibus Sixti Quarti, & ex eius institutione Ecclesia Romana celebrare cœpit, est ipsummet, quod Ecclesiæ illæ priuatæ à temporibus Sixti Quarti celebrabant, ergo in festo Cōceptionis, quod Romana Ecclesia à temporibus Sixti Quarti, & ex eius institutione cœpit celebrare, obiectū Sancti Cultus non est duntaxat conceptio spiritualis, seu sanctificatione Virginis, sed conceptio naturalis in ipsomet instanti animationis Sancta, & Immaculata. Minor in qua esse poterat difficultas manifestè constat, non solum ex communi omnium sensu (nil enim frequentius inter Autores, quam Romanam Ecclesiam tandem admisisse à temporibus Sixti Quarti, officium Conceptionis, quod antè eius tempora Ecclesiæ illæ priuatæ celebrabant) sed etiam, & præcipue constat ex speciali, & proprio officio, quod Ecclesia Romana ad celebrationem huius festi Conceptionis instituit (scilicet ordinatum à Nogarolo) in quoad satietatem virgo immunis à peccato originali, & eius Conceptio Immaculata recitatatur.

27 Secunda, Ecclesia Romana à temporibus Sixti Quarti illud festum Conceptionis celebrat, quod damnabat Prædicatores illi in quos inuehit Sextus Quartus in constitutione Graæ nimis, sed illi non damnabant colentes Conceptionem spiritualem, seu sanctificationem Virginis, alias dānarent se ipsos, qui Conceptionem spiritualem, seu sanctificationem Virginis celebrabant, sed colentes conceptionem naturalem, quam quia putabant originali culpa pollutam, ideo dicebant esse indignam cultu, & consequenter eam colentes, non solum peccare, sed etiam esse hereticos, ergo evidenter sequitur, Conceptionem, quam Romana Ecclesia à temporibus Sixti Quarti celebrat, non esse spiritualem, seu sanctificationem Virginis, sed naturalem in ipsomet animationis instanti Sanctam, & Immaculatam; maior evidens est ex ipsis verbis Sixti Quarti in prædicta constitutione, nam reddens rationem iustæ indignationis in prædictos prædicatores, nullam aliam assignat, nisi quod nō erant ignari, quod Ecclesia Romana de intemeratæ, semperque Virginis Mariæ Conceptione festum celebrabat, & speciale, ac propium officium, super hoc ordinauerat, quæ ratio nullius esset momenti, si Ecclesia Romana de sanctificatione duntaxat, & nō de conceptione naturali, & in ipsomet instanti animationis Sancta, & Immaculata festum celebraret. Est ergo evidenterissimum Romanam Ecclesiam à temporibus Sixti Quarti, nō solum colere Conceptionem Virginis Mariæ, sed etiam colere conceptionem naturalem in cuius cultu Prædicatores illi debachabantur; sed iam ad secundam viam accedamus.

28 Secunda via est Bandelli, qui (vi referit Doctor Antonius Calderon, cap. 8. num. 1.) preslus argumento, quod ex celebratione festi Conceptionis desumitur, neque satis fidens effugio primæ viæ de Conceptione spirituali, seu sanctificatione à nobis refutato, quia videbat negari non posse à temporibus Sixti Quarti ab Ecclesia Romana celebrari Conceptionem Virginis naturalem, ut effugeret discursum à nobis

bis factum duo atia diuerticula quæ sunt. Primum est celebrari ab Ecclesia Romana festum Conceptionis naturalis, non quia prædicta cōceptio fuerit sancta, sed relativè ad sanctitatem mox futuram, quod desumptum ex Capreolo, Paludano, Ioanne de Neapolitano, Sancto Antonino, & alijs, quos pro hac sententia refert Vazquez, tom. 2. super 3. partem Diui Thomæ disput. 117. capi. 5. Secundum est, celebrari ab Ecclesia Romana festum Conceptionis naturalis ingratiarum actionem, & tanquam initium nostræ reparationis, quod etiā desumptum est ex authoritatibus citatis, & ex AEgydio quodlibeto 6. quest. 20. & Silvio 3. part. quest. 27. art. 2. & probari potest, ex officio Ecclesiastico in quo canitur; *Concepio tua Dei Genitrix Virgo gaudium anuntiavit universo mundo, ex te enim ortus est Sol iustitiae Christus Deus noster,* &c. Quibus verbis satis insinuat Ecclesia causam, cur celebret Conceptionem naturalem Virginis, nempe quia Virgo futura erat Mater Christi, atque adeò eius naturalis Conceptio fuit bonum nuntiū nostræ salutis, quod verum est, etiam si fuerit in peccato originali perfecta.

29 Sed hęc duo diuerticula, quibus aduersarij conantur vim discursus à nobis facti fugere, efficacissimè, & manifeste oceludit, & refutat Doctor Calderon, loco citato, num. 2. Primum, quia si Conceptio naturalis Virginis Mariæ celebratur ab Ecclesia Romana, non ratione præsentis sanctitatis, sed future, ergo non ipsa conceptio naturalis, sed futura sanctitas celebratur ab Ecclesia, at Ecclesia (ipsis etiam aduersarijs consentientibus) celebrat Conceptionem naturalem, ergo, ut actu conjunctam cum sanctitate, alioquin coleret rem peccato infectam, & Deo inuisam. Relatio enim ad sanctitatem in futuram non tollit, quod ipsa conceptio naturalis sit actu maculata, atquè adeò non tollit, quod sit indigna cultu. Maxime, quia illa sanctitas futura nihil attinet ad ipsam Conceptionem naturalem, neque illam redditura est sanctam, nam adueniente sanctitate, iam non existit concep-

tio

tio naturalis, quę soli primo instanti correspondet? Quare, licet ipsa Virgo, dum concipitur, possit referri ad sanctitatem, quam mox habebit, minime tamen ipsa Conceptio naturalis, cum iam non existat, quando ad est sanctitas; unde ratio illa Conceptionis naturalis ad sanctitatem futuram fictitia est, & vana, neque ratione eius potest celebrari ab Ecclesia ipsa Conceptio naturalis, ut hoc primum diverticulum) supponit.

30 Secundum occludit, & refutat, quia Ecclesia in hoc festo Conceptionis, non tantum agit gratias Deo ob iacta fundamenta nostrae reparationis, (vt aduersarij conantur); sed etiam ipsam Conceptionem naturalem veneratur, vt ex Ecclesiastico officio aperte constat; Alioquin festum non esset Conceptionis, sed gratiarum actionis; neque cultus aliquis referretur Conceptioni, immo, neque ipsi Virginis, sed solidi Deo, qui unus est tanti beneficij author, & cui solum, non Virginis, grates referuntur, sed Ecclesia in hoc festo Conceptionem naturalem colit, ergo sanctitatem ipsius Conceptio- nis agnoscit.

31 Denum omissis duabus rationibus, quibus positivè supra ostendimus contra aduersarios primæ viæ, obiectum sacri cultus, quo Ecclesia celebrat Conceptionem, non esse conceptionem spiritualem, sed potius naturalē; vna detum- pra ex eo, quod festum Conceptionis, quod Ecclesia Romana à temporibus Sixti Quarti celebrare cœpit est ipsummet, quod aliquæ particulares Ecclesie ante tempora Sixti Quarti celebrabant; & altera desumpta, ex eo quod festum Conceptionis, quod Ecclesia Romana celebrat à temporibus Sixti Quarti est ipsummet, quod damnabant prædicatores illi, iō quos invenit Sixtus Quartus in constitutione Graue nimis, quę due rationes etiam manifeste probant contra Autores huius secundæ viæ, obiectum sacri cultus, quo Ecclesia celebrat festum Conceptionis, non esse Conceptionem naturalem relatam ad sanctitatem mox futuram, vñl in gra-

uiarum actionem, & tanquam initium nostræ reparationis, sed potius conceptionem naturalem in ipsomet instanti animationis Sanctam, & Immaculatam. Possimus utrumque diverticulum occidere duobus inconuenientibus, quæ ex quo libet ipsorum sequentur.

32 Primum est, quia si ad celebrandam Conceptionem (ut defacto sacro ritu celebratur ab Ecclesia) sufficit relatio ad futuram Virginis sanctitatem, vel quod conceptio sumptatio animatione, quodam modo fuerit nostræ reparationis initium, aut nuntium, eadem ratione posset hodie affirmari ab Ecclesia celebrati Conceptionem sumptam pro formatione fœtus, quæ animationem antecedit, quod absurdū est; siquidem hæc conceptio etiam referri potest ad sanctitatem futuram post animationem, & similiter est nuntium nostræ salutis, & appropinquantis redēptionis, possuntque grates pro ea referri Deo.

33 Secundum est, quia si ex festo Conceptionis naturalis, quod celebratur ab Ecclesia, non recte inferiur celebrari ob sanctitatem eius actualem, sed solum relate ad sanctitatem futuram, vel in gratiarum actionem, &c. Ergo fruolum, & inane fuit argumentum, quo Sanctus Bernardus, Sanctus Ildephonsus, & Sanctus Thomas probauerunt ex eo, quod Ecclesia celebrat festum nativitatis Virginis Mariæ prædictam nativitatem foisse sanctam, & immunem à peccato originali; sequela patet, nam eodem pacto ad prædictum argumentum responderi posset, nativitatem celebrari ab Ecclesia non propter sanctitatem actualem, sed relate ad sanctitatem futuram, & vt initium nostræ reparationis, & in gratiarum actionem; sed iam ad tertiam viam accedamus.

34 Tertia, & ultima via est, qua progredi videtur (sed absque ullo comite) author *Anonymous* in *orum libellorum suppliciū*, qui sub praetextu defendendi assertum decretum, quod sub nomine Sancte Romane Inquisitionis circunfertur interdicens titulum *Immaculatæ* coniungi *Conceptione*.

ni, sed tantum Virgini Mariæ, prodierunt: cum revera magis prodijſc videantur, vt sententia, quæ affirmat Virginem Mariam in peccato originali Conceptam (à linguis, & ab auribus à Summis Pontificibus relegata) in lucem prodeat, & è latebris in quibus iacebat erigat caput. Sententia verò pia, quæ negat Virginem intemeratam peccatum originale contraxisse, à sublimi statu in quem à Sede Apostolica varijs decretis eiusa est, penitus deturbetur. Imò, vt factum Conceptionis festum, quod ab vniuersali Ecclesia publicè, & solemniter celebratur, de medio tollant, nomen *Conceptio-*nis, sine re, vacuum omnino, & inane relinquentes. Quæ audacia ansam dedit, tam Seraphicę familię Cismontanę, quā doctissimo D. Antonio Calderon, multis titulis, & nominibus decorando, vt libros integros ederent, in quibus non solum ad satietatem defenditur in diuino officio, quo utitur Religio Seraphicæ, titulum antiquum *Immaculatæ Concep-*tionis esse retinendum, sed etiam fallacie, & calumnię Anony-*matus*, libellatoris deteguntur, detestare viriliter impugnantur, impugnata ab omnianō intellectu eliminantur.

35 In his ergo libellis *Anonymus* libellator semel, & iterum supponit, vt maxime animaduersione dignum, quod licet antè tempora Gregorij XV, nomen *Conceptio-*nis in diuino officio apud multos (Verius diceret *apud omnes*, includendo etiam Fratres Prædicatores, vt ex eius contextu necessario infertur, & inductione facta, latè probant, & conuincent Doctor D. Antonius Calderon, cap. 10. & Armamen-*tarij Seraphicum*, art. 1. per totum) idem valuit, ac *Concep-*tionis *Immaculata*, & ideo Fratres Prædicatores (qui lus-*tinent*, non in ipso instanti animationis, sed in alio posteriore-*ri* fuisse sanctificatam, sed iustificatam à peccato originali, quod in ipsomet instanti animationis contraxit) ad fugien-*dam* omnem æquivocationem, & melius suam sententiam explicandam, in diuino officio non nomine *Conceptionis*, sed nomine *sanc*tificationis** vtebantur. Tamen post tempo-

ra Gregorij XV. (qui Feria 3. die 24. Maij, anno 1622. in generali congregatiōne Sanctae Romanae, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, decretum edidit tenoris sequentis. *Cum Sancta Romana Ecclesia de Beatissimae, & intemeratae Virginis Mariae Conceptione festum solemniter, & officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam sacerdotalibus, quam cuiusvis ordinis, & instituti Regularibus mandat, & praecepit, ut in Sancto Missae sacrificio, & diuino officio celebrandis, tam publice quam priuatim non alio, quam Conceptionis nomine uti debeant, &c.) Nomen conceptio in diuino officio, nec significare, nec supponere pro Conceptione Sancta, & Immaculata in primo animationis instanti (ut sustinent authores pix, & negatiꝫ sententiꝫ) Nec significare, sed supponere pro Conceptione Sancta in alio instanti posteriori ipsa animatione (ut sustinent authores oppositæ, & affirmatiꝫ sententiꝫ) sed significare, seu supponere pro Conceptione, ut abstrahit à primo, & posteriori instanti, qua ratione commune quid est ad utramque sententiam. Quia suppositio ne facta ad argumentum à nobis factum ex celebratione festi Conceptionis, respondet, in tali celebratione obiectum diuini cultus, nequè esse Conceptionem in primo instanti Sanctam, & Immaculatam (ut nos sustinemus,) nequè Conceptionem sumptam pro sanctificatione factam in posteriori instanti, quod sequitur ad animationem (ut authores primæ vię sustinebant) sed Conceptionem, quæ abstrahit à primo, & posteriori instanti, & quæ quid commune est utriusque sententiꝫ.*

36 Itaque duo statuit iste libellator Anonymus. Primum dari Conceptionem, quæ abstrahit à primo, & posteriori instanti, si que communis utriusque sententiꝫ, & hanc esse obiectum sacri cultus, qui sit in festo Conceptionis. Secundum, hanc acceptionem nominis Conceptionis abstrahens à primo, & posteriori instanti, & quæ est obiectum sacri cultus

cultus in festo, quod de ipsa Ecclesia celebrat, non fuisse ante tempora Gregorij XV. sed ex vi decreti eius supra relatio-  
rum habuiste, seu emanasse. Vtrumque assertum suo ordi-  
ne refellemus.

37 Primum refelli potest, inquirendo ab hoc authore,  
quid nam sit hoc indifferens ad utramque sententiam pro quo  
supponit nomen conceptio, pro vi abstrahit a primo, & pos-  
teriori instanti; Nam, ut recte vidit D. Antonius Calderon,  
hęc propositio, *Conceptio ex se significat aliquid indifferens*  
*ad utramque sententiam*, duplarem sententiam habere potest.  
Prior est, ut significet ipsam naturalem Conceptionem, seu  
animationem, quae quantum est ex se abstrahit, tam a culpa,  
quam a gratia. Posterior est, ut significet conceptionem spi-  
ritualem; id est sanctificationem factam in utero, quae quan-  
tum est ex se abstrahit a circumstantia temporis, seu instantis  
prioris, & posterioris, cum in quolibet ipsorum fieri potue-  
rit. Et quidem uterque sensus importat aliquid indifferens  
ad utramque sententiam, & in quo earum authores conue-  
niunt. Omnes enim fatentur Virginem Mariam naturaliter  
Conceptam fuisse in utero Diuine Annæ: & similiter faten-  
tur omnes, gratia sanctificante, antequam nasceretur, fuisse  
ornata, & tantum est dissidium inter eos de circumstantia  
temporis, an scilicet hęc sanctificatio facta fuerit in ipsomet in-  
stante conceptionis, seu animationis, quod affirmant immacula-  
tę fautores, an verò post illud instans, quod contendunt ad-  
uersarij, nec apparet quid aliud præter hęc duo possit signi-  
ficari nomine *Conceptionis*, quod verè sit indifferens, &  
utriusque sententia commune; inquirimus ergo à libellatore  
in quoniam ex his duobus sensibus accipiatur vox *Conceptio*,  
tam in Officio Divino, quam in decreto Gregoriano.

38 Si primum sensum eligat libertissime fatemur, tam  
in Officio Divino, quam in decreto Gregoriano, nomen Cō-  
ceptio (si per se spectetur) significare rem indifferentem ad  
utramque sententiam, nempe *Conceptionem naturalem*, &  
corpo-

corporalem Virginis Mariæ, de qua utramque sententia dis-  
putat, an sancta fuerit necne? Sed addimus obiectum sacri  
cultus non esse hanc Conceptionem naturalem præcise, &  
ut naturalis est spectata, quis hoc dicat? Sed quatenus sub-  
est sanctitati, atque adeò Ecclesia non colere illam, ut est in-  
differens ad utramque sententiam, sed potius, ut determina-  
tam ad puritatem, quam altera sententia defendit. Quare si  
libellator, cum in suis libellis asserit Gregorium in suo de-  
creto innuere, nomen Conceptionis esse ex se in differens ad  
utramque sententiam, in predicto sensu loquatur, verum di-  
cit, sed fallum est, quod addit, hanc esse nouam Conceptio-  
nis acceptionem, & à Gregorio cœpisse. Omnes enim Pon-  
tifices à Sexto Quarto, cum de Conceptione loquuntur, in di-  
cto sensu accipiunt, nempe pro corporali, & naturali Con-  
ceptione, quæ quantum est ex se in differens est ad utramque  
sententiam, non tamen loquuntur de ea sub hac indifferentia,  
imò potius eo ipso, quod calendam proponunt, in differen-  
tiā hanc tollunt, innuuntque eam cum sanctitate coniū-  
tiā, atque ideo illam ipsam naturalem Conceptionem esse  
quidem obiectum sacri cultus, sed materiale, quis subest ex-  
cellentiæ, & sanctitati, quæ est ratio formalis cultus, & ideo,  
quia vox Conceptio perse non significat hanc excellentiam,  
eam adiectiū coniungunt, quibus significetur, nempe *Im-  
maculata*, ut plures Pontifices, & Ecclesia Romana in offi-  
cio Nogarolis, loquuntur, *Sancta*, ut hodie Ecclesia vniuer-  
salis in officio Diuino canit.

39 Si vero eligat (ut videtur eligere, licet lubrice) secū-  
dū sensum, scilicet nomen *Conceptio* significare, seu suppo-  
nere pro spirituali Conceptione, seu pro sanctitatè, qua Vir-  
go sanctificata est in utero; fatemur etiam libenter, id, quod  
significat (si secundum se consideretur) esse, respectu Virginis  
Mariæ, quid in differens ad omnia instantia temporis, quo  
Virgo fuit in utero, siquidem in quocumque ipsorum, posuit  
Virgo sanctificari. Et dico notanter, respectu Virginis Ma-  
riae,

rie, nam respectu Conceptionis naturalis eius (cum hæc in primo instanti infusionis animæ, in quo incipit esse, absolutatur, & finiatur) non poterit sanctitas, seu sanctificatio esse indifferens ad plura instantia, sed determinata, & contracta, ad illud primum instans infusionis anime, in quo verificatur, nunc est animatio, seu conceptio naturalis, & tempore immediato non erit, nam si ad aliud instans sanctificatio referatur, nulla erit Conceptio naturalis, quæ sanctificari possit. Tamen miserrime labitur libellator, dum distinguens tempora, afferit, & si ante tempora Gregorij XV. in diuino officio, nomen conceptio apud multos idem valebat, ac Conceptionem naturalis in ipsomet primo instanti immaculata, & apud alios idem, quod sanctificatio facta in alio posteriori instanti, tamen post tempora Gregorij in Diuino Officio supponere, seu accipi pro Conceptione spirituali, seu sanctificatione propterea abstrahit à primo, & posteriori instanti, estque communis vtrique sententia, quod sic ostendo.

- 40 Ante tempora Gregorij, non solum erat falsum assertere in celebratione sacra festi Conceptionis, quæ fit ab Ecclesia, obiectum sacri cultus, non esse Conceptionem naturalem Sanctam, & Immaculatam, sed esse duntaxat Conceptionem spiritualem, seu sanctificationem Virginis (vt rationibus factis contra primam viam satis demonstratum est) sed etiam predicta assertio, in prima constitutione Graue nimis, à Sixto Quarto, vt falsa, erronea, & à veritate aliena repulsa est. Igitur etiā post tempora Gregorij XV. eadem metassertio (quæ est libellatoris) scilicet obiectum sacri cultus in festo Conceptionis, non esse Conceptionem naturalem Sanctam, & Immaculatam, sed duntaxat sanctificationem Virginis, pro ut est indifferens ad primum, & secundum instans, & communis vtrique sententia; non solum erit falsa, propter easdem omnino rationes, sed etiam per constitutionem Graue nimis, vt falsa, erronea, & à veritate aliena repulsa, & relegata. Consequētia est euidentis, nisi forte velit libellator

lator admittere (quod non audebit) sensu in quo Ecclesia antē tempora Gregorij festum Conceptionis celebrabat, nō solum post tempora Gregorij in celebratione prædicti festi reliquissit, sed etiam in contrarium commutasse, & similiter Gregorium in his, quæ ad publicum, & sacrum Ecclesiæ cultum spectant, non solum prædecessorum suorum vestigia deseruisse, sed etiam contradixisse, quæ absurdissima sunt.

41. Possimus præterea adstringere Anonymum libellatorem, vt volens, nolens fateatur in Diuino Officio, etiam post tempora Gregorij XV. nomen *Conceptio*, accipi, scilicet supponere non pro sanctificatione Virginis Mariæ, quæ est indifferens ad primum, & secundum instans, & utriusque sententia communis (vt ipse sustinet,) sed potius pro Conceptione naturali in ipsomet instanti animationis, Sancta, & Immaculata (vt nos sustinemus) ex verbis divini officij, quo utitur vniuersalis Ecclesia, etiam post tempora Gregorij XV. Nam, vt supra dicebamus in Officio Diuino, quo his temporibus Ecclesia vniuersalis celebrat festum Conceptionis, hæc verba reperiuntur. *Hodie Concepta est Virgo Maria ex progenie David, & iterum, atque iterum. Conceptio gloriae Virginis Mariæ ex semine Abrahæ ortæ de Tribu Iuda, clara ex stirpe David.* Nunc libellatorem interrogō, pro quo supponat nomen *Conceptio* in prædictis verbis, nam cum dicere non audeat supponere pro sanctificatione Virginis Mariæ indifferenti ad primum, & secundum instans, & utriusque sententia communis. (Quid enim absurdius, quam sanctificationem Virginis Mariæ emanasse, scilicet suisse medium emanationis Virginis Mariæ ex progenie David, vel ex semine Abrahæ?) Cogitur libellator volens nolens affirmare supponere debere pro Conceptione naturali in ipso animationis instanti Sancta, & Immaculata.

42. Item cum in quodam responsorio eiusdem officij ponantur hæc verba. *Sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem;* Interrogo libella-

bellatorem pro quo ibi l'opponat nomen *Conceptio*, nam cū  
nō possit supponere pro sanctitate, (nā verba facerent hunc  
sensum, quicumque celebrat tuā sanctam sanctitatem, qui  
improprius imò ridiculous est, non secus ac iste *albedo est al-*  
*ba*. Formæ enim (vt dialectici dicunt) & si sint rationes de-  
nominandi, non tamen in actu exercito denominant se ip-  
sas, sed subiectum in quo sunt cogitur libellator volēs, no-  
lens fateri, supponere pro Conceptione naturali, quæ in ip-  
somet instanti animationis fuit subiectum sanctitatis, & sic  
ab ipsa sanctitate propriissime, & in toto rigore ab vniuersa-  
li Ecclesia in diuino officio, etiam post tempora Gregorij XV.  
Santa, voce plena nuncupatur.

43 Secundum assertum libellatoris, scilicet acceptio-  
nem, seu suppositionem nominis Conceptionis in diuino of-  
ficio, non pro Conceptione naturali immaculata (vt ante té-  
pora Gregorij XV. supponebat, & ideo fugiebatur à fratri-  
bus prædicatoribus,) sed (vt ipsi placeat) pro sanctificatione  
abstrahente à primo, & posteriori instanti, & utrique senten-  
tiæ communi, ex vi decreti Gregoriani supra relati, ortum  
habuisse, seu emanasse. Adeo per absurdum est, vt potius ri-  
su, quam impugnatione indigeat. Mirabile dictu (vt verbis  
D. Antonij Calderon, cap. 10. num. 20. viar) erant olim due  
voces diuersi significatus, *Conceptio*, & *sanctificatio*, illa  
vrebantur sententiæ piæ sectatores in diuino officio, ex ins-  
titutione Ecclesiæ Romanæ, hac Dominicani ex mera per-  
missione, seu toleratione Ecclesiæ. Rescivit Gregorius XV.  
& vt toleretur schisma, & omnes in diuino officio institu-  
tioni Romanæ Ecclesiæ conformarentur, iussit suo decreto,  
vt exploso à diuino officio sanctificationis vocabulo, quod  
eo vsque permisum, seu toleratum fuerat, solo vocabulo  
Conceptionis omnes, & singuli, iam publice, quam priuatim  
in diuino officio vterentur. Sed ecce nescio, quo fatidum  
id præcipit Gregorius, repente nomen Conceptionis signifi-  
catum amissit, & sanctificationis induit, atque ita factum est,

ut dum cupit Pontifex ad sensum Ecclesiarum Romanarum Dominicanos trahere, tracta est ipsa Ecclesia ad sensum Dominicanorum, & dum studet Cōceptionis proprium sensum omnibus præcipere, omnibus interdicit. Rursus illi ipsi Immaculatæ defensores, qui (ut libellator afferit) à Gregorio impetrarunt, ut in officio diuino omnes nomine Conceptionis vicerentur, ipso decreto, quo putant viciisse, vici sunt, seque in alienis castris militare repente vident, qui ad sua alios, vel inuitos traxisse putabant. Denique in diuino officio Conceptionis nihil remanet, nisi sola vox, nomen sine re, vocabulum vacuum, & inane, & cum vox *Sanctificatio*, non placet propter significationem abstrahentem, vox prohibetur, significatio præcipitur, exulat in syllabis, regnat in sensu, indutaque aliena Conceptionis pelle; quasi hostis exubis larvata triumphat, quæ detracti persona, reiaceretur; quis credat? Imò quis non rideat? Hęc portenta nobis obtrudit libellator, dum afferit vigore Gregoriani decreti, Conceptionis nomine in diuino officio sanctificationem intelligi.

44 Sed videamus ad tamen singulare figmentum, quo narratur fundamento. Totum fundamentum eius est (ut colligitur ex his, quę docet libellator, i. lib. num. i.) iste discursus. Gregorius præcipiens, ut omnes in diuino officio, non alio, quam Conceptionis nomine vrantur, expressis verbis declarat, per hoc nullum prorsus præiudicium inferri alterutri parti, sed relinquere in eodem statu, & terminis in quibus erat ante emanatum decretum; sed si nomine Conceptionis non intelligerer *Sanctificationem* abstrahentem à primo, & posteriori instanti, & utrique sententię communem, plusquam notabile præiudicium inferret sectatoribus sententię affirmatiuę, (quia in celebratione diuini officij obligaret eos relinquere suam sententiam, & adhærere oppositę, ne fidè celebrarent) ergo ne dicamus Gregorium sibi esse cōtrarium, necessario fatendum est, ipsum nomine Conceptionis, non intelligere Conceptionem naturalem in primo ins-

tantii Sanctam, & Immaculatam, sed sanctificationem abstra-  
hentem a primo, & posteriori instanti, utriusque sententiae co-  
munem.

45 Ad hoc argumentum (quod est Achilles totius ma-  
chinæ libellorum supplicum, & si quid probaret, probaret  
etiam contra libellatorem, Gregorium sibi fuisse contrarium  
in alio decreto in eadem congregatione simul edito, in quo  
præcipitur eisdem sectatoribus affirmatiæ sententiæ. Ne in  
sermonibus, & scriptis priuatis audeant afferere, quod Bea-  
ta Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Siquidem  
immediate, post istud decretum ponuntur hæc verba. Per  
hoc tamen sanctitas sua non intendit reprobare hæc opinio-  
nem, neque ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam re-  
linquens in eisdem statu, & terminis in quibus reperitur)  
facillime respondemus.

46 In primis dicimus, id, quod in maiori propositione  
assumitur (scilicet Gregorium postquam præcepit, ut omnes  
in diuino officio, non alio quam Conceptionis nomine vti-  
debeant; Expressæ verbis declarasse per hoc nullum prorsus  
præiudicium inferre eam relinquens in eisdem statu, & ter-  
minis in quibus reperitur,) ex presul mendacium, & im-  
posturam esse. Licet enim post prius decretum, (ex duobus,  
quaæ in eadem congregatione sanctæ, & generalis Inquisi-  
tionis Romane edita sunt) quo præcipitur sectatoribus affir-  
matiæ sententiæ; Ne in sermonibus, & scriptis priuatis au-  
deant afferere, quod Beatissima Virgo Maria fuerit con-  
cepta in peccato originali; immediate, & expressæ ponantur  
illa verba, de præiudicio non inferendo, supra relata, tamen  
post posterius decretum (de quo loquimur) scilicet, quo præ-  
cipitu omnibus, ut in diacono officio, non alio, quam Concep-  
tionis nomine vti debeant; prædicta verba de præiudicio non  
inferendo totaliter desiderantur, atque adeò expressum me-  
daciun, & expressa impostura est, Gregorium expressæ ver-  
bis declarasse per hoc posterius decretum, nullum prorsus

*p̄ejudicium inferri parti alterutri, sed relinqui in eodem statu, & terminis in quibus erant, ante emanatum decre-  
tum. Ut egregie libellator imponit decreto P̄oficio, quod  
cūcumque legenti p̄edictum decretum, erit manifes-  
tum.*

47 Deinde, dato, quod supra relata verba de non inferendo p̄ejudicio (non vtrique sententiæ, vt imponit libel-  
lator, sed sententiæ affirmatiæ tantum, vt loquitur Grego-  
rius) que posita sunt in priori decreto, etiam posita fuissent  
in posteriori, inepte satis ex ipsis colligi posset. Gregorium  
sibimet esse contrarium, si nomine Conceptionis intellige-  
ret Conceptionem naturalem in ipsomet instanti animatio-  
nis Sanctam, & Immaculatam; sicuti neque ex eo, quod p̄ae-  
dicta verba de non inferendo p̄ejudicio sententiæ affirmatiæ defacto posita fuerint in priori decreto, nullus vñquam  
intulit, quod Gregorius sibi esset contrarius, si nomine Con-  
ceptione in priori decreto acciperet pro Conceptione naturali  
in ipsomet instanti animationis Sancta, & Immaculata, quod  
multis ostendi potest.

48 Primò, quia dato, quod in p̄edictis decretis Grego-  
rius aliquod p̄ejudicium inferret affirmatiæ sententiæ (de  
quo statim) non propterea inferri debet, Gregoriū sibi suis-  
se contrarium, nam quoties clausula sine p̄ejudicio adhibe-  
tur, semper intelligi debet de alio p̄ejudicio, quam in de-  
creto expresso, ac propterea tantum operatur super p̄eju-  
dicijs non expressis, vt est communis sententia inter iuris  
peritos. Imò hac solutione non est opus, si verba decreti Gre-  
goriani perpendamus. Postquam enim dixit se nullum p̄e-  
judicium inferre velle affirmatiæ sententiæ, limitat hanc  
clausulam, his verbis. *P̄æterquam, quo ad supra dicta fæli-  
cis reordinationis Pauli Quinti, & hoc suo decreto disposita.*  
Cum ergo expresse excipiat ea, que in hoc decreto dispo-  
nit, nulla contrarietas est, quod ea sint p̄ejudicia, & tamen  
asserat se nullum p̄ejudicium inferre velle; excipit enim il-  
la ab

la ab hoc vniuersali decreto.


49 Secundò, quia si ad materiā, de qua est sermo in priori decreto, cui apposita fuit clausula, *sine præiudicio*, atten-damus, satis ipsa declarat mentem Pontificis, & quid intelligat nomine *præiudicij*. Agit enim summus Pontifex in predicto decreto de sententia affirmatiua, quatenus opinio quedam est, & quam quis licet potest amplecti, dum Ecclesia Romana aliud non disponit. Præiudicium autem opinionis, quatenus opinio est, nullum aliud esse potest, quam damnatio, aut alicuius censuræ inustio, vt si declaretur hæresica, erronea, temeraria, &c. aut eius assensus prohibeat; hæc enim si fiant præiudicium inferuntur opinioni, cum iam designat esse opinio, & statum prorsus mutet. Cum ergo Pontifex dixit se non intendere suo decreto ullum sententiae affirmatiuae præiudicium inferre, de his numeratis præiudiciis loquitur, non de alijs, quæ cum tolerantia opinionis compati possunt, & ob iustas causas inferri, adhuc non prohibita, nequè damnata opinione, vt sunt silentium puplice, & priuatim, & quod omnes in diuino officio non utantur alio nomine, quam Conceptionis.

50 Hoc idē amplius declarabitur, si attendamus ad vim, & proprietatem vocis *præiudicium*. Præiudicare enim idē valet, ac ante tempus iudicare, seu ante sententiam inferre illud damnum, quod non potest nisi per sententiam inferri, vnde præiudicium propriè dictum importat lesionem iuris alieni, nequè quocumque damno præiudicamus alicui, sed illo duntaxat, quod contra ius eius inferimus, nam si merito, aut iure infertur incommode quidem, seu damnum erit, non præiudicium, nisi laxiori, & improbia significatione.

51 Ad rem ergo. Cum Gregorius in his decretis silentium sententiæ affirmatiæ imponit, & sectatoribus eius præcipit, vt in diuino officio solo nomine Conceptionis utatur, nulli dubium sententiæ affirmatiæ damnum, & incommode inferte; sed minime infert illi præiudicium. Tum, quia id

id præcipiens declarando (ut declarat) solum obseruari debere, Donec articulus huiusmodi à Sede Apostolica sit definitus, vel persanctitatem suam, & Sedem Apostolicam aliter sit ordinatum: manifestissime innuit huiusmodi dana, seu incommoda, quæ ex suis decretis sententiaæ affirmatiæ accrescunt, non esse præjudicia illius, id est per prædicta decreta sententiam affirmatiuam non damnari, nequè aliqua nota, vel censura inuri, aut eam prohiberi: hoc enim esset ante tempus iudicare, & damnare, ante sententiam latam ab Ecclesia, & consequenter præjudicium inferre; quod nullo modo Pontifex intendit. Tum etiam, quia cum opino affirmans non habeat ius ad hoc, ut non iubeatur silere, si expediatur publicæ paci, nequè etiam, ut se statores eius non possint obligari vti in diuino officio solo nomine Conceptionis, etiam in sensu contrario prædictæ opinioni, quia hoc non faciunt nomine proprio, sed nomine Ecclesiæ, cui equum est conformari in ritu publico; nec propterea priuaniur liberitate tenendi priuatim sententiam affirmatiuam. Minime incommoda, & damna, quæ ex his decretis sententiaæ affirmatiæ accrescunt, præjudicia appellari debent, ac per consequens facta à Summo Pontifice, absque præjudicio illato affirmatiæ sententiae. En quam fragili Achile nitatur singulare segmentum huius Anonymi libellatoris.

52 Ex omnibus ergo dictis, & discussis manifestissime patet, quam firmus, & in concusus maneat discursus in principio à nobis factus ad demonstrandum veritatem articuli Immaculatae Conceptionis ex sacro cultu, quo Ecclesia fustum Conceptionis celebrat, ad tantam certitudinem evenit esse, vt licet certitudinem fidei non attingat, esse tamen ita certam, vt in re non possit subesse fallo. Nunc ad secundam rationem trahamus.



## Secunda Ratio.

**D**EVMTITVR ex debilitate, & fragilitate argumentorum, quibus veritas Articuli Cōceptionis Immaculatę impugnari solet ab aduersarijs, quorum debilitas, & fragilitas, his temporibus, tanta est, ut eorū inanitas neminē latere possit, quod ostendemus per singulorum argumentorum classes discurrendo.

2 Ad primam clasem argumentorum spectant, authoritates scripturæ, quæ vniuersalitut, & absqueulla exceptione affirmant, omnes, ex Adamo descendentes naturaliter, sēu per seminalem propagationem, nasci, sūl esse conceptos in peccato originali. Tales sunt, ad Rom. 5. *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Ad Rom. 3. *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei.* Primum ad Corint. 15. *Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita, & in Christo omnes vivificabuntur.* Secundum ad Corint. 5. *Si Iesus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* Ad Ephesi 2. *Erarumus natura filij iræ, sicut, & ceteri.*

3 Ad has authoritates D. Pauli (quæ si vim habent probant, non solum Virginem Mariam peccatum originale contraxisse in sua Conceptione, sed etiam sententiam piam, quæ oppositum defendit esse hæreticam, ut potè contra Scripturam) optimè respondet Scotus in 3. dist. 3. quæst. vñica §. *Si autem teneatur. Ex his, & similibus locutionibus scripture, optimè inferri per peccatum Ad eum omnes ab illo naturaliter, & per seminalem propagationem descendentes contraxisse debitum carendi iustitia originali, & consequenter contrahendi in instanti suæ Conceptionis peccati originale, quod in*

in priuatione iustitiae originalis consilit, & quod de facto illud contrahunt, nisi speciali priuilegio à tali actuali contracione præseruentur. Quæ (inquit) optimè præstare potest Deus, si instanti animationis, & creationis animæ illi intunderetur gratia habitualis, quæ quoad acceptationem diuinā æquiualet iustitiae originali, imò excedit illam. Quod speciale priuilegium (inquit Scotus) piè credendum est collatum fuisse Virgini Mariæ, quia nulla excellentia deneganda est Matri Dei, nisi authoritati Ecclesie, vel authoritati Scripturæ contrarietur, & ad hoc probandum adducit illud Anselmi de Conceptu Virginali, c. 18. *Decuit ut ea puritate Virgo niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi.* Et illud Augustini de natura, & gratia. *Cum de peccatis agitur, de Maria nullam prorsus volo habere questionem.*

4 Hæc germana solutio Scotti ad authoritates Sacre Scripturæ supra relatæ, quæ illis temporibus ianuam aperuit seculoribus sententia pīx, vt sine offensione Scripturæ Sacre tot millia millium per ipsam ingredierentur, vsque ad tempora Sixti Quarti, solum plausibilis facta est: tamen post tempora prædicti Sixti Quarti, quibus Ecclesia Romana cepit sacro cultu festum Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ celebrare, adeò inualuit, vt si quis ista solutione non contentus adhuc contenderet sententiam piam authoritatibus Sacrae Scripturæ supra relatis inurere, seu impugnare, neutquam notā temeritatis, & erroris posset effugere; quod multis ostendi potest.

5 Primò. Qui diceret Ecclesiam sacro cultu celebrare festum contrarium Sacrae Scripturæ, temerarius, & erroneous existeret; sed Ecclesia à temporibus Sixti Quarti sacro cultu celebrat festum Conceptionis naturalis Virginis Mariæ Sanctæ, & Immaculatæ, (vt ad facietatem in prima ratione ostensum est) ergo, qui à temporibus Sixti Quarti assertet esse contra scripturam assertere Virginem Mariam in sua naturali Conceptione fuisse Sanctam, & Immaculatam,

temetarius, & erroneus, existeret.

6 Secundò, *Sixtus Quartus* in constitutionibus *Grancimis* supra relatis, ut erroneous damnat Prædicatores illos, qui non ignati, quod Ecclesia Romana sacro cultu celebrat festum Conceptionis, hæreticos appellabant sustinētes Virginem Mariam in sua Conceptione non contraxisse peccatum originale: sed isti Prædicatores non ex alio capite notam hæresis inurebant afferentes, Virginem Mariam in sua Conceptione non contraxisse peccatum originale, nisi quia putabant hanc assertionem esse expressam contra authoritates Scripturæ supra adductas, ergo *Sixtus Quartus* damnat, ut erroneous omnes illos, qui non ignari, quod Ecclesia Romana à temporibus eiusdem *Sixti Quarti* festum Conceptionis celebrat, nihilominus contendunt afferere Virginem Mariam in sua Conceptione non contraxisse peccatum originale, esse contra authoritates scripture supra relatas.

7 Tertiò, & vltimo. Concilium Tridentinum sess. 5. postquam decrevit prævaricationem Adæ non ipsi soli, sed etiam eius propagini nocuisse, & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, non solum sibi, sed etiam omnibus hominibus perdidisse, & per eius peccatum non solum pœnas corporis, sed etiam peccatum, quod mors est animæ, in omnes transtulisse, & ad hoc probandum attulisset locum Pauli ad Romanos 5. *Sicut per unum hominem peccatum, &c.* In calce decreti declarat, non esse suæ intentionis compræhendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, Beiam, & Immaculatam Virginem Mariam: ergo sentit Concilium, neque etiam fuisse Virginem compræhensam in illa auctoritate Pauli ad Romanos 5. Quam ad probandum suum decretum adduxerat, neque in alijs similibus à nobis supra relatis, & consequenter, qui his temporibus contenderet in prædictis auctoritatibus compræhensam esse Virginem Mariam (ut supponere necesse est, apud illos, qui ex prædictis auctoritatibus argumentum deducunt, ad probandum Vir-

ginem Mariam in sua Conceptione peccatum originale cōtraxisse) temere, & contra mentem Concilij in prædicta declaratione, id contendeleret, & attentaret.

8 Ex his omnibus patet, argumentum deductum, ex authoritatibus scripturæ supra relatis, ad impugnandam veritatem articuli Conceptionis Immaculatæ (quod ante Scotū nostrum erat Achilles) post Scotti solutionem debile, & inane fuisse, & post tempora Sixti Quarti neminem illo uti posse, sine temeritatis, & erroris nota. Quod utinam attenderet Anonymus libellator, dum in primo libello, num. 3. ausus est affirmare, sententiam affirmatiuam, & quæ sustinet Virginem Conceptionem fuisse in peccato originali maximum fundementum habere in Sacra Scriptura. Nam si attenderet non ausus esset verba ista profetere. Cogitur ergo ipsa Ecclesia utri huiusmodi cautelis ad sustinendum opinionem adeo in Sacra Scriptura fundatam, & omnium antiquorum Patrum, & doctorum consensu firmatam. Quorum omnia, & singula maiori, & acriori indigent, examine.

9 Quod si aliquis obijciat, ad probandum (ut nos intendimus) Definibilitatem Articuli Immaculatæ Conceptionis pro comperto habendam esse, Non sufficere probare Articulum Immaculatæ Conceptionis non contrariari Scripturæ, sed etiam esse necessarium probare, quod in scriptura continetur, quod nullatenus præstare possumus.

10 Respondeatur ex eo præcise, quod articulus Immaculatæ Conceptionis non contrarietur Sacrae Scripturæ, nos non intendere probare ex scriptura pro comperto habendam esse eius definitatem (ut dici solet) positivè, sed negatiuè, id est, quod scriptura non oblit certitudini definitatis eius, quod hucusque fœliciter præstitimus. Quod si vellimus ex scriptura positivè ostendere definitatem huius articuli pro comperto habendam esse, non esse necessarium, quod probemus veritatem huius articuli expreſſie in scriptura contineri; Tum, quia aliqui sunt articuli ab Ecclesia

si definiti, qui expræsè non continentur in scriptura; tum etiam, quia, quod expræsè continetur in scriptura, cum sit certum de fide, non solum est certum esse definitibile, sed esse actu definitum. Sed solum necessariū est probare, ex scriptura deduci per legitimam consequentiam, quod ad hominem contra aduersarios sic ostendo.

11 Aduersarij cōtendebant ex scriptura deducere, Virginem Mariam fuisse Conceptam in peccato originali, quia scripture, quæ loquuntur de transfusione peccati Adami in descendentes ab eo per seminalem propagationem, vniuersaliter, & sine exceptione loquuntur; ergo seclatores piæ optimè ex scriptura deducemus, Virginem Mariam pro omni tempore, seu instanti fuisse Sanctam, & immunem ab omni macula, tam actuali, quam originali ex locis scripturæ, quæ loquentia de sanctitate Virginis, Virginem appellant *Gratia plenam*, sine exceptione alicuius temporis: ut Lucæ 1. & loquentia de pulchritudine Virginis, Virginem appellant *Totam pulchram*, & absque illa macula, sine restrictione, ad actualem, vel originalem, ut Canticorum 4. *Tota pulchra es amica mea*, & macula non est in te; Imò aliqua sunt loca scripture, quæ satis clare indicant fuisse immunem à peccato originali, Canticorum 2. *Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias*. Canticorum 4. *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus*. Canticorum 6. Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra, ut Luna, electa, ut Sol. Et quia in plurima alia, quæ Patrum, & Ecclesiæ suffragio puræ Conceptioni significandæ usurpantur.

12 Est tamen maximè obseruandum singulare discrimen, quod inter deductiones istas intercedit. Quod autho- ritates scripture, ex quibus aduersarij contendebant deducere Virginem Mariam fuisse Conceptam in peccato origi- nali, cum sint odiosæ non sunt ampliandæ ad Virginem Ma- riā, sed restringendæ ad omnes alios præter Virginem Ma-

riam, quia, ut ex Scoto dicebamus, potuit Deus speciali priuilegio ab illa lege vniuersali de contradictione actuali peccati originalis, quemcūque voluisse excipere, & quod hoc priuilegium de facto concessum fuerit Matri Dei pie credendum est, ut ratio, & authoritates supra adducte ex Scoto manifeste conuincunt. At authoritates scripturæ, ex quibus nos inferimus, Virginem fuisse speciali priuilegio præseruatam à peccato originali, cum sint Virgini Mariæ fauorabiles, non sunt restringendæ, sed potius ampliandæ ad omne instantis temporis, & ad omnem maculam tam actualem, quam originalem, tam mortalem, quam veniale. Ex quibus sequitur; ex principio ab aduersarijs assumpcio, quam ineptè ab ipsis infertur ex scriptura colligi Virginem in sua Conceptione contraxisse peccatum originale, ita aptè à nobis ex scriptura deduci Virginē Mariam in sua Conceptione fuisse à contradictione actuali peccati originalis præservatum, quia iuxta regulam iuris, *Odia sunt restringenda, fauores sunt ampliandi.*

13 Ad secundam clasem argumentorum spectantem antiquorum Patrum, & Doctorum authoritates, quibus aduersarij conantur articulum Immaculatæ Conceptionis oppugnare. Nam in primis libellator Anonymus verbis supra relatatis, sententiam quæ assertuat Virginem fuisse Conceptam in peccato originali appellat. *Omnium antiquorum Patrum,* & *Doctorum consensu firmata,* sed hæc verba inflata sunt, non authoritates.

14 In libello 2. num. 26. hæc verba tumentia profert. *Nos nouem enumeramus Romanos Pontifices, qui non recitatue, nec dubitanter, sed assertiuè, & clare docent Beatisimam Virginem in originali peccato fuisse Conceptam, damus pronunc Innocentij secundi verba: Eua siquidem sine culpa producta, sed filios produxit in culpa. Virgo autem gloria fuit quidem in culpa producta, sed filium sine culpa produxit. Innocentij 3. Spiritus Sanctus prius in Virgine venerat;*

nerat; quando in utero Mātris animam eius ab originali peccato mundauit. *Innocentij 5.* Beata Virgo fuit in utero Mātris sanctificata non ante animationem, quia tunc capax gratiæ non erat, neque etiam in ipsa animatione, quia tunc peccatum originale non contraxisset, & sic non eguisset vniuersali Christi redemptione, quod non est dicendum: sed pro considerandum est, quod cito post animationē, vel ipsa die, vel hora, non tamen ipso momento à peccato fuit per gratiā mundata, & sanctificata, aliter fuisse equalis puritatis cum Christo, hoc non est dicendum. Hucusque libellator.

15 Sed antequam ad has authoritates respondeamus, libet interrogare libellatorem. Si iactas te habere nouē Pontifices assertive, & clare tuam sententiam defendantes, cur ites tantum in medium profers? Si dicas te breuirati consuluisse, cur saltem nomina aliorum non expräbisti? Ut facile poteras ex Bandello, & alijs tuæ sententię seclatoribus; presertim cum ad augendum numerum Pontificum ex duobus Innocentijs tres Innocentios facias, tribuens Innocentio secundo, quæ sunt Tertijs; nam verba, quæ secūdo tribuis, Tertijs sunt; leguntur enim in sermone eius de assumptione; Innocētius verò Secūdus quos sermones scripsit, ut notarunt D. Antonius Calderon, c. 5. §. 26. n. 173. & AEgydius Lusitanus lib. 3. quæst. 4. art. 2. num. 145. nescio quid respondeare possis, nisi te consultō, & calidē fecisse, ne lector videret, quam falso iactas illud assertive, & clare docente.

16 Nunc ad primam authoritatem (quæ non est Innocentij 2. sed 3.) bene responderet AEgydius loco citato, non esse dicta verba intelligenda de actuali contradictione culpæ, sed de debito contrahendi illam, non secuus, ac supra interpretauimus loca scripturæ. Secunda verò authoritas Innocentij Tertiij nil probat, nam *mundandi* verbum non solum iustificationi, sed etiam præseruationi conuenire, inter alios docuit Diuus Thomas 3. part. quæst. 55. & sic verba illa animam eius à peccato originali mundauit, idem valent, ac if-

*ta animam eius à peccato originali præseruauit. Ad tertiam authoritatem, quæ erat Innocentij V. Respondemus in predictis verbis clare fauere sententiae oppositorum, sed cum verba adducta desumpta sint ex tertio sententiarum, quæ communitaria scripsit, dum erat Petrus de Tarantasia, non Innocentius V. (hoc est priuatus homo, & Doctor Parisiensis, nō summus Pontifex) mirum est, quam rotundè libellator inter summos Pontifices sibi fauentes illum enumeret, ut apponat illis, qui in Summo Ecclesiæ vertice constituti, vi Pontifices, & Apostolica authoritate vtentes pro Immaculata Conceptione aliquid statuerunt. Idem dico de Innocentio III. Nam dato, quod in locis supra alegatis contra Conceptionem Immaculatam sensisset, sermones, ex quibus predictæ authoritates desumptæ sunt, non fuisse ab ipso scriptos in ipso Summo Pontificatu, sed in minoribus agere, ut ex Baronio, Bzovio, & alijs ostendit D. Antonius Calderon; & manifestum est authorates, nisi ratione præualeant, ex authoris dignitate nihil iuboris accipere. Neque enim, quid Pontifices in minoribus agentes, aut tanquam priuati Doctores scripserunt, sed quid authoritate Apostolica statuerint, considerant fideles, ut eorum placita pro legibus habeant.*

17 Deinde Bandellus in suo sanctificationis, vel potius maculationis officio, viginti Patres pro sua sententia adducit, sed quam adulteratas eorum authoritates referat, qui legerit Regestum Armamentarij Seraphici à columna 140. usque ad 277. facile depræhendet, & inde clare prospiciet, quam verum sit, quod Catherinus testis domesticus lib. I. opusculi, *Pro Immaculata Dei genitricis Conceptione*, de aliquibus scriptoribus, vel disputatoribus Bandello similibus scripsit. Sed quia istorum Patrum authoritates (idem dico de authoritatibus aliorum plurimorum Doctorum, quæ tam à Bandello in tractatibus contra Immaculatam Conceptionem, quam à Caietano 2. Tomo Opoeculorum titulo 1. & ab alijs affirmatiæ sententiae solent agglomerari) accuratissime exa-

examinant, & facilimè explicant, vel infideliter adduci ostendunt, præter alios, quatuor nobiles Scriptores nostri seculi. AEgydius de præsentatione, lib. 3. de præseruatione Virginis, quæst. 4. art. 1. 2. & 3. Granadus 3. parte controuersia 2. tractatu 1. disput. 3. sectione 18. Salazar in sua defensione, cap. 42. Serranus Minorita, & Episcopus Acerensis, lib. 2. de Immaculata Conceptione per septendecim capita. Ideo merito ab individuo examine predictarum authoritatū abstineo, solum contentus duo principia generalia prælibare, ex quibus facile duciri potest, quam inaniter, & in æ quo loco laborent aduersarij, dum ex locutionibus plurium antiquorum Patrum, & Doctorum concludere conantur contra defensores sententiæ pœ, Virginem Mariam de facto peccatum originale contraxisse.

18 Primum principium sit. Circa materiam de contracione peccati originalis respectuè ad Virginem Mariam duas difficultates posse exagitari. Prima, *Virum ex vi legis universalis de contrahendo peccato originali, Virgo Maria instanti suæ animationis illud contraheret.* Secunda, *Virum defacto Virgo Maria instanti suæ animationis peccatum originale contraxerit.*

19 Circa primam difficultatem, nulla lis inter Catholicos Doctores. Omnes enim sententur, in illo decreto, quo Deus decreuit dare primo parenti iustitiam originalem, ea lege, seu pacto, quod si non peccaret, transfunderet illam in omnes ab ipso per leminalem propagationem descendentes: at si peccaret illam non solum sibi amitteret, sed eam omnibus, inclusam fuisse Virginem Mariam, & solum fuisse exclusum Christum Dominum, & consequenter peccante Adamo (sicut defacto peccauit) ex vi huius decreti, seu legis universalis, Virginem contracturam in instanti suæ animationis originale peccatum.

20 Circa secundam difficultatem, magna lis inter Catholicos. Nam aduersarij sententiæ pœ affirmant Virginem Mariam

Mariam defacto in instanti suæ animationis peccatum originale contraxisse; at defensores piæ sententiae, & si fateantur ex vi legis vniuersalis Virginem Mariam peccatum originale in suæ animationis instanti contrahendum, seu quod idem est habuisse debitum contrahendi peccatum originale, dicunt tamen defacto illud non contraxisse, quia cum futura esset Mater Dei, placuit altissimo ex meritis filij sui preuiissimis, speciali priuilegio eam ab actuали cōtractione peccati originalis præseruare, infundēdo animę eius in ipsomet instanti animationis, loco iustitiae originalis, gratiam habitualem, quæ in acceptatione diuina, non solum æquivalet, sed exuperat iustitiam originalem, in cuius priuatione, manu peccati originalis consistit.

21 Ad rem ergo. Cum Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Anselmus, ceterique Patres, & Doctores, qui ab aduersarijs agglomeratur (etiamsi inter ipsis Bernardum, & Divū Thomam enumeres) loquentes de cōtractione peccati originalis, vel absolute, vel respectuē ad Virginem, nullo modo attingāt secundam difficultatem, quę est defacto, & de qua est lis inter Catholicos (imò Divus Thomas, ita ab ea abstinuit, ut nunquam inquisierit, *Verum Virgo Maria in ipso instanti animationis fuerit sanctificata, sed, virum fuerit sanctificata ante animationem*, quę est quæstio, tolum necessaria ad examen prioris difficultatis,) sed totus eorum labor, & conatus positus fuerit in examinanda priori difficultate, statuendo, & determinando contra Pelagium (qui etiā in principio negabat in parvulis contractionem peccati originalis, affirmans peccatum Adę ipsi soli nocuisse, postea tamen transfusionem peccati originalis admisit, sed non in omnes parvulos, sed in multos) peccatum originale ex vi legis vniuersalis in omnes posteros derivari, uno solo Christo excepto: incepit satis ab aduersarijs prædictorum Patrum authoritates adducuntur ad probandum Virginem Mariam defacto peccatum originale contraxisse, cum optime com-  
patiatur

patiatur Virginem Mariam ex vi legis vniuersalis contrahuram peccatum originale, seu quod idem est habuisse debitum contrahendi illud, quæ est doctrina Patrum, & nihilominus, quod defacto speciali priuilegio fuerit à Deo ab actuali contractione præseruata, quæ est doctrina defendantium sententiam piam, non enim hæc duo inter se repugnant, scilicet, quod ex vi legis omnes sint comprehensi, ex vi priuilegij aliquis sit exemptus, ita natura priuilegij supponit ex vi legis oppositum deberi, alioquin priuilegium non esset, si ab vniuersalitate legis non exciperet, & in hoc sensu optimè dixit Augustinus epist. 50. *Dispensatio est vulnus contra integratem severitatis.* Et Rex Assuerus dixit Esther, cap. 5. *Non morieris; non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est, ubi conueniens videbatur dicendum.* *Non pro te, sed pro reliquis,* non autem dixit sic, *Sed pro omnibus,* ut daretur intelligi optimè stare, quod lex sit pro omnibus vniuersaliter, licet non sit pro aliquo ex vi priuilegij.

22 Secundum principium sit. Hoc nomen conceptio dupliciter posse accipi, & utroque modo propriè. Primo pro actione formativa fœtus, quæ animationem antecedit, & dici solet conceptio in via, seu infieri, & naturaliter semper sit in tempore, & sic desicit esse extrinsecus, & per primum sui non esse; in instanti enim infusionis animæ, verum est dicere, nunc non est actio formativa fœtus, & tempore immediato erat. Secundo pro animatione fœtus, quæ dici solet, conceptio personæ perfectæ, in termino, & in facto esse, quæ cum fuit in instanti incipit esse intrinsecus, & per primum sui esse, de illaque verificatur, nunc est animatio, seu persona concepta, & tempore immediato non erat.

23 Est tamen notandum discrimen inter istas duas Cōceptiones. Nam de priori cum animationem fœtus antecedat, nullatenus affirmari potest, quod si sancta sanctitate intrinsecè inherente, qualis est, quæ provenit ex gratia habi-

uali, & cōsequenter, quod sit sacro cultu digna. Imò potius in omnibus descendantibus ex Adamo per seminalem propagationem, dicitur immunda, & in peccato, non quia protinus sōetus peccatum originale habeat, nam si non est animatus, neque etiā peccati originalis capax erit, sed quia est conductus, per quem ex vi legis vniuersalis peccatum originale ex Adamo in omnes eius posteros deriuatur. De posteriori verò Conceptione, cum importet animationem sōetus, & completam personę conceptę existentiam, nulli dubium esse potest, quod potuerit esse sancta, & consequenter sacro cultu digna, quia sicut in instanti animationis, & complectę existentię personae conceptę de facto ex vi legis vniuersalis anima personae conceptę contrahit peccatum originale, ita ex speciali privilegio poterit gratia habituali decorati, & per ipsam à contractione culpę originalis præseruari, reddique sancta, & sacri cultus digna.

24 Ad rem ergo. Cum Diuus Thomas, quodlibetō 6. q. 5. art. 1. ait, *Quia Romana Ecclesia, & aliae plures considerantes Conceptionem Virginis in originali peccato fuisse, festū Conceptionis non celebrant.* Et Diuus Bernardus epist. 174. ad Lugdunenses (si forte illius est) ipsos reprehendit, eo quod festum Conceptionis celebrabant, innuens prædiciam Conceptionem non fuisse sanctam, imò peccato obnoxiam. Minimè intelligendi sunt (ut aduersarij intelligunt) de Conceptione in secunda acceptione sumpta, scilicet pro animatione, quæ est Conceptio, quam nos appellamus Sanctam, Immaculatam, & sacro cultu dignam, & de facto, ut talis ab Ecclesia celebratur, sed de Conceptione sumpta in prima acceptione, scilicet pro actione formativa sōetus, quæ ipsam animationem antecedit, quæ in omnium Catholicorum sententia, non solum nō est capax sanitatis, nequè digna sacro cultu, sed etiā appellatur immunda, & in peccatis facta, iuxta illud Davidicum assertum, *Psalmo 50. Et in peccatis concepit me Mater mea,* non quia pro illo tempore sō-

tus habeat peccatum originale, sed quia, ut supradicebamus, est quasi conductus per quem ex vi legis universalis peccatum originale (quod in priuatione iustitiae originalis, consistit) ex Adamo in omnes posteros per seminalem propagationem descendentes transfunditur, & derivatur, quod non leuiter suaderi potest.

25 Primo, quia ut supradicebamus, neque Divus Thomas, neque Divus Bernardus, immo neque aliquis Antiquorum Patrum, cum de contractione peccati originalis, siue absolute, siue respectu ad Virginem, disputatione locuti sunt de eo, quod defacto evenit, vel speciali priuilegio evenire potest, sed de eo, quod ex vi legis universalis, & iuxta principia fidei evenire debet: (intendebant enim penitus stirpare Pelagianam heresim, quae non circa primum, sed circa secundum versabatur,) ergo cum affirmant Conceptionem Virginis non fuisse sanctam, sed maculatam, & sacro cultu indignam, non de Conceptione, quae sumitur pro animatione foetus, sed de Conceptione accepta pro actione formativa foetus, & quae praecedit animationem necessarium est intelligentium, fuisse locutos; consequentia patet, nam si nomine Conceptionis intelligerent animationem, & non actionem formativam foetus, quae animationem antecedit, extra choros saltarent, nam non decernerent contra heresim Pelagianam, quam intendebant refutare, quid in praesenti difficultate tenendum sit ex vi legis universalis, & iuxta principia fidei, sed quid tenendum erat defactio, a qua difficultate, quia solum pendebat ex libera voluntate Dei, consilio ipsis abstinebant.

26 Et confirmatur, & declaratur amplius. Quia Divus Thomas, & Divus Bernardus illam Conceptionem Virginis appellant maculatam, & indignam sacro cultu, de qua oppositum asserentes, scilicet esse immunem a culpa, dignoscens censura iudicabant, nam contra ipsos obiectum, quod sic sentientes fateri tenentur, Virginem non indiguisse redemp-

tione per Christum, & in super Virginem in puritate Christum adæquasse: sed sectatores sententia pizæ, qui sentiunt Virginem Mariam in instanti suæ animationis speciali priuilegio fuisse Sanctam, & Immaculatam, & consequenter hanc Conceptionem esse dignam sacro cultu, nulla censura digni sunt, quia cum simul affirment Beatam Virginem ex vi legis vniuersalis contracturam peccatum originale, seu quod idem est habuisse debitum contrahendi illud, manifestum est (etiam lippis, & tonsoribus) nō cogi afferere Virginem non indiguisse redemptione per Christum, & insuper in puritate Christum adæquasse: ergo evidens est, quod quando Diuus Thomas, & Diuus Bernardus appellant Conceptionem Virginis maculatam, & indignam sacro culiu, non summunt Conceptionem pro animatione foetus, sed potius pro actione formativa foetus, quæ ipsam animationem antecedit, de hac enim Conceptione, qui sustinent non fuisse obnoxiam peccato, sicut sustinebant Pelagiani, dum afferabant ex vi legis vniuersalis, aliquos non contracturos peccatum originale, seu quod idem est non habuisse debitum contrahendi illud, optimè procedit censura Diui Thomæ, & Diui Bernardi, scilicet id afferentes necessario cogi sustinere Virginem non indiguisse redempcio- ne per Christum, & insuper in puritate Christum adæquasse, quia in istorum sententia non solum non contraxit peccatum originale, sed neque debitum contrahendi illud.

**DIV. 27** Secundo probari potest. Quia Diuus Bernardus Conceptionem Virginis fuisse in peccato, & consequenter indignam sacro cultu, inde probat, nimisrum, quia virgo non fuit concepta ex Spiritu Sancto, sicut Christus, sed ex coniunctio- ne maris, & foeminx, & idem præstat Diuus Thomas 3. part. quest. 37. art. 2. in fine responsionis ad quartum, ex hoc au- tem principio, & si optimè inferatur Virginem Mariam ex vi legis vniuersalis contracturam peccatum originale, & con- sequenter eius Conceptionem sumptam pro formatione fo-

tus, quæ animationem antecedit, fuisse maculatā, (imò hoc tantum contendit Diuus Thomas toto illo articulo, cuius titulus est, *Verum Beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem*, cui negatiuè respondet) minimè tamen inferatur Conceptionem Virginis, sumptam pro animatione, maculatam fuisse, quia, ut supra dicebamus optimè compatitur Virginem Mariam ex vi legis vniuersalis contracturā peccatum originale, & quod defacto speciali priuilegio in instanti suę animationis illud non contraxerit. Ergo cū Diuus Bernardus, & Diuus Thomas affirmant, Conceptionem Virginis fuisse maculatam peccato originali, & sacro cultu indignam, non de Conceptione sumpta pro animatione, sed pro actione formatiuā fœtus ipsam animationem praeente sunt locuti.

28 Ex dictis colliges, quid sibi voluerint, tā Diuus Bernardus, quam Diuus Thomas, cum ad probandum Virginem fuisse sanctificatam post Conceptionem, hoc vtuntur argumento. *Virgo non fuit sanctificata ante Conceptionem, quia tunc non erat, neque in Conceptione, quia concepito fuit in peccato, ergo post Conceptionem.* Dicendum enim est in predicto argomento, neque D. cum Bernardu s., neque Divum Thomam nomine Conceptionis intellexisse animationem, alias argumentum esset ridiculum, cum in ipso assumeretur, ut certum id, de quo est tota controvērsia inter Catholicos, scilicet Conceptionem sumptam pro animatione fuisse in peccato, sed nomine Conceptionis intellexisse actionē formatiuā fœtus, quæ animationem antecedit, de hac enim Conceptione concors sententia est inter Catholicos fuisse peccato obnoxiam, (in sensu supra explicato) & sumptuō Conceptione in ista acceptione optimè currit argumentum, sed non concludit, quod aduersarij contendunt, scilicet ex mente Divi Bernardi, & Diui Thomæ Virginem post animationem fuisse sanctificatam, sed potius, quod nos intēdimus fuisse sanctificatam in ipso instati animationis, nam hoc est, quod

quod ad actionem formativam fœtus consequitur, & de quo verificatur, nunc non est actio formativa fœtus, & tempore immediato erat.

29 Quod si aduersarijs placeat nobis opponere locum Dinui Thomæ in 3. dist. 3. q. 1. art. 5. vbi inquirens, quæ stiūcula 2. *Vtrum Virgo sanctificata fuerit ante animationem;* Respondeat huic quæstiunculae his verbis. Ad secundum dicendum, quod sanctificatio Beatae Virginis non potuit esse decenter ante infusionem animæ, quia gratiæ capax nondum erat, sed neque etiam (attende verba) in ipso instanti infusionis, ut scilicet per gratiam tunc sibi infusam conservaretur, ne culpam originalem incurreret. Nobis etiam placet eis opponere alium locum ex diametro oppositiū Diui Thomæ, ex 1. sentent. dist. 44. quæst. 1. art. 1. ad 3. vbi Diuus Thomas ponit hæc verba, *Talis fuit puritas Beatae Virginis, quæ à peccato (attende verba) originali, & actuali immunita fuit;* Quod si aduersarijs licet ad hunc locum respondere, Diuum Thomam hoc asteruisse non ex propria mente, sed obiter, & per transennam, cur etiam nobis non licebit idem ad locum tertij nobis oppositum respondere, scilicet Diuum Thomam asteruisse Virginem in instanti suæ animationis non fuisse sanctificatam, non ex propria mente, sed obiter, & per transennam? Præsertim cum mens Diui Thomæ in predicto loco non fuerit (ut titulus pred. Etæ quæstiunculae 2. præfereatur) examinare, an Virgo Maria fuerit in instanti animationis sanctificata, sed an fuerit sanctificata, ante ipsam animationem.

30 Imò addo in his duobus locis Diui Thomæ, quæ primo aspectu videntur esse contraria, maximè prælucere id, quod in supradictis non semel, ut compertum statuimus, scilicet Diuum Thomam, (idem statuimus de Divo Bernardo, & alijs antiquis Patribus,) cum agit de cōtractione peccati originalis, siue absolute, siue respectivè ad Virginem, solum intendisse statuere contra Pelagium omnes homines del-

descendentes ex Adamo, solo Christo excepto, ex vi legis  
 vniuersalis contracturos peccatum originale, seu quod idem  
 est habuisse debitum contrahendi illud, à questione vero de  
 facto semper abstinuisse. Tum, quia decisio huius questio-  
 nis solum pendebat ex voluntate Dei: tum etiam, & præci-  
 puè, quia ad refutandam heresim Pelagianam nihil condu-  
 cebat; & ideo ubique agit de contractione peccati ori-  
 ginalis respectuè ad Virginem, nunquam exagitasse virum  
 virgo in instanti animationis fuerit sanctificata, & consequē-  
 ter ab actuali peccati originalis contractione preservata, sed  
 virum fuerit sanctificata ante infusionem animæ, & conse-  
 quenter à debito communi contrahendi peccatum libera;  
 & semper huic questioni respondisse negatiuè, affirmando  
 ante animationem non fuisse sanctificatam, & consequenter,  
 neque mundam à debito contrahendi peccatum originale,  
 neque in se, quia non erat, neque in sua carne, neque in suis  
 parentibus, adducendo pro ratione, quia alias non indiguis-  
 set redempzione per Christum, & insuper in puritate esset Christo  
 equalis, qui neque peccatum originale contraxit, neque  
 debitum contrahendi illud. Sed, quia de questione defacto  
 intet Catholicos aliquas erat, nam quidam affirmabant,  
 Virginem defacto peccatum originale contraxisse, quidam  
 vero negabant, voluisse obiter, & per transennam utriq; sen-  
 tentiae fauere, negatiuæ in loco primi sententiarum, (& alijs  
 locis ratione 3. num. 48. citandis) affirmatiuæ in loco tertij  
 sententiarum citatis.

31 Sed age demus aduersarijs (& minimè concedamus)  
 Diuum Thomam, & Diuum Bernardum illis temporibus,  
 quando ex institutione Romanæ Ecclesiæ, non celebrabatur  
 festum Conceptionis, sed solum permitebatur ab aliquibus  
 particularibus Ecclesijs celebrari, in sententiam, quæ af-  
 serit Virginem in instanti animationis peccatum originale  
 contraxisse, aliquantulum inclinasse; num quid si his tempo-  
 ribus essent superstites in prædicta sententia permanerent?

Non

Non ignari, quod Romana Ecclesia à temporibus Sixti Quarti festum Conceptionis celebrabat, & ad ipsum celebrandum officium proprium (scilicet ordinatum à Nogarolo, in quo ad satieratem conceptio Virginis Immaculata appellatur) instituisse? Et non ignari, quod à temporibus Pij Quinti, usque nunc omnes Ecclesiae ad celebrandum festum Conceptionis eodem officio, & ritu, ac celebratur Nativitatis sub Ecclesiastico præceptio teneantur? Imò non ignari, quod Gregorius XV. ad tollendum schisma, quod ex celebratione festi Conceptionis sub nomine sanctificationis gradiebatur, & ut omnes in divino officio institutioni Romanæ Ecclesiae conformarentur, præceperat suo speciali decreto, ut exploratio à divino officio sanctificationis vocabulo, solo vocabulo Conceptionis omnes, & singuli, tam publicè, quam priuatim in divino officio vierentur? Quis hoc dicat? Sed potius religata priori sententia, sententiam piam, & quæ sustinet Conceptionem Virginis in ipsomet instanti animationis Sanctam, & Immaculatam pro viribus defensuros. Præsertim cum in his questionibus defacto, ita fuerint addisti cōstitutionibus, & institutionibus Ecclesiasticis, vt ex eo præcissè, quod Ecclesia festum Nativitatis Virginis eorum tempore celebrabat pro comperto habuerunt Nativitatē Virginis fusile Sanctam, & Immaculatam. Cur propter eandem rationem idem de Conceptione Virginis, si his temporibus foissent superstites, non affererent?

32 Et confirmatur, & declaratur amplius. Si Diuus Thoma, Diuus Bernardus (& idem esto iudicium de alijs antiquis Patribus) superstites essent, & statum, quem his temporibus habet præsens cōtrouersia perpenderent, numquid relinquerent sententiam piam, iot fauoribus à Summis Pontificibus commendatam. Celebrando sacro cultu festū eius. Instituendo Religiones sub titulo Immaculatæ Conceptionis militantes. Confirmando confraternitates ad honorem, & cultum eiusdem Immaculatæ Conceptionis destinatas.

Elar-

Elargiendo indulgentias, tam recitantibus, quam assidentibus recitationi eiusdem divini officij; ut sequerentur contraria sententiam nullis fauoribus à Summis Pontificibus decoratam; Imò à Paulo V. à publicis contionibus, legationibus, & conclusionibus, à Gregorio XV. etiam à priuatis sermonibus, & scriptis relegatam, & solum permisam in angulo mentis deuagari? Quis compos intellectus credat? Non enim sancti Patres, & Doctores antiqui zelo contentionis, sed zelo inueniendi veritatem laborabant, & in hac controversia, quid inueret sancta Mater Ecclesia, auscultabant, ut illam sequerentur, & sic his temporibus, si superstites essent, inuenientes istam tam præciosam Margaritam, darent omnia sua, ut Virgini intemeratae Mariæ compararent. Ergo, quam innane sit argumentum ex authoritatibus antiquorum Patrum petitum, & ab aduersariis toties decantatum, ad veritatem articuli Immaculatæ Conceptionis impugnandum.

33 Sed rogabis. Quid nam sentiendum sit de antiquis Scholasticis, qui non solum ab aduersariis piæ sententiæ, sed etiam à Patre Vazquez super 3. part. disput. 117. cap. 1. pro sententia, quæ sustinet Virginem Mariam defactio contraxisse peccatum originale citantur. Respôdeo. Cum de contradictione peccati originalis, vel absolute, vel respectuè ad Virginem, loquuntur, loquitos fuisse, sicut loquuti sunt Patres antiqui, scilicet solum ad extirpandam hæresim Pellagianā, & conseqüenter eodem paço esse intelligendos, & expoundingos, sicut probatum est intelligendos, & expoundingos esse Patres Antiquos, scilicet, cum dicunt Virginem peccatum originale contraxisse, non loqui de eo, quod defactio euenerit, sed de eo, quod ex vi legis vniuersitalis defactio euenerit, nisi speciali priuilegio, aliquis preservaretur.

34 Vnde. Cū Diuus Bonaventura in 3. dist. 3. in prima parte dist. quæst. 2. art. 1. ponit hæc verba, Dicendū est, quod Beata Virgo fuit concepta in peccato originali, & quod eius

H sancti-

*sæntificatio subsecuta est peccati originalis contractionem.*  
 Dicendum est, nomine Conceptionis non intelligere animationem, sed actionem formativam fœtus, quæ animationem antecedit, ut in simili Diuum Bernardum, & Diuum Thomam supra explicuimus; & quod hæc sit germana mens Seraphici Doctoris, conuinci potest 1. ex verbis, quæ immediate subiicit. *Hic modus dicendi est communior, & racionabilius, & securior, communior, qui a fere omnes id tenent, rationabilius, quia esse naturæ præcedit esse gratiæ, securior, quia magis consonat fidei, pietati, & sanctorum autoritati.* Iste enim censuræ, & earum probationes, si nomine Conceptionis intelligat Seraphicus Doctor (ut re vera intelligit) actionem formativam fœtus, quæ animatione antecedit, optimæ, & efficaces sunt, at si intelligat animationem, neque optimæ, neque efficaces sunt, sed valde inaneas.

35 Secundò. Quia si Seraphicus Doctor nomine Conceptionis, non actionem formativam fœtus animatione antecedentem, sed potius ipsam animationem intelligeret, sibi et esset contrarius, cum alijs locis, sumpta Conceptione pro animatione, puram prædicet, & immunē à peccato. Legatur sermone 2. de Beata Virgine, vbi ponit hæc verba: *Dico 1. quod Domina nostra fuit plena gratia præueniente in sua sæntificatione, gratia scilicet præseruativa contra fœditatem originalis culpe, quam contraxisset ex corruptione naturæ non speciali gratia præuenta, præseruataque fuisset solus enim filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipsa Mater eius Virgo. Credendū est enim, quod nouo sæntificationis genere in eius Conceptionis primordio Spiritus Sanctus eam à peccato originali non quod in fuit, sed quod in fuisset, redemit, atque singulari gratia præseruavit. Quid expræsius? Idem, non minus expræse, docet, sermone 1. de Beata Virgine, & opusculo de contemplatione ad finem, tomī 6.*

36 Rursus. Cum Alexander Alensis 3. part. quæst. 9. membro 2. art. 2. & alij Scholastici antiqui dicunt, Virginem non fuisse sanctificatam ante animationem, sed post animationem, ly *post* non posterioritatem temporis, sed posterioritatem naturæ indicat, & sic sunt intelligendi, non secus, accidi etiam solet, nos non incursero peccatum originale ante animationem, sed post animationem, quod non de posterioritate temporis, sed de posterioritate naturæ debet intelligi, cum enim peripatetica doctrina sit, omne accidens pendere à suo subiecto in genere causæ materialis, etiamsi in eodem instanti temporis producantur subiectum, & eius accidens, semper est verum dicere, loquendo de prioritate naturæ, quæ in dependentia unius ab alio consistit, accidens est poterius suo subiecto, seu habet esse post esse sui subiecti, quia per hoc non denotatur unum existere sine alio, sed unum in sua existentia dependere ab alio, quod est verissimum, & sic modum hunc loquendi, *Virgo post animationem fuit sanctificata*, repertus in assertoribus lententiæ piae, non ad denotandum Virginem Mariam prius tempore fuisse sanctificatam, quam sanctificatam, sed ad denotandum sanctificationem Virginis pendere ingenere causæ materialis ab esse animationis Virginis Mariæ. Ecce quomodo non solum sit innane ad impugnandam veritatem articuli Immaculatæ Conceptionis, argumentum petitum ab autoritatibus antiquorum Patrum, sed etiam deductum ex autoritate Scholasticorum antiquorum, cum nullus antiquorum Pater, vel Scholasticorum id expressæ indubitanter, & ex propria sententia doceat.

37 Ad tertiam clasem argumentorum spectant rationes, quæ ab aduersarijs adduci solent ad veritatem articuli Immaculatæ Conceptionis impugnandam, & quia in questionibus defacto pendentibus à diuina voluntate, qualis est præsens difficultas, nulla ratio apriori, nec pro vna, vel altera parte adduci potest, sed omnes deduci debent à posteriori.

ri, hoc est ex inconvenientibus, quæ ex opposita sententia sequerentur; ideo nobis obiectūt aliquā absurdā, quæ sequerentur ex eo, quod Virgo Maria in instanti suę Conceptio-  
nis, seu animationis peccatum originale non contraheret,  
quibus ad idem probandum dicunt vlos fuisse Diuum Tho-  
mam, & aliquos ex antiquis Patribus.

38 Primum. Quia si Beata Virgo non fuisset concepta in peccato originali, nequè etiam fuisset à Christo redemp-  
ta à peccato originali: nam, vt ait Zosimus Papa apud Au-  
gustinum epist. 157. *Nullus, nisi qui peccari seruus est, liber  
efficitur, nec redemptus dici potest, nisi, qui vere per peccatū  
fuerit ante captiuus.* Et Leo primus sermone 1. de Natiuitate Christi loquens de ipso Christo. *Sicut nullum à reatu  
liberum reperiit, ita pro liberandis omnibus venit.*

39 Ad obiectionem istam facile respondemus; Proba-  
re optimè id, quod Diuus Thomas, & alij ex antiquis Patri-  
bus contra Pellagianos connati sunt demonstrare, scilicet  
**ex vi legis vniuersalis** omnes ab Adamo per seminalem pro-  
pagationem descendentes, nullo excepto, cōtracturos pec-  
catum originale, seu, quod idem est habuisse debitum con-  
trahendi illud. Minime autem probare, quod aduersarij cō-  
tendunt, scilicet Virginem Mariam in sua Conceptione, seu  
animatione peccatū originale aūt contraxisse, quia ad hoc,  
vt Virgo dicatur redempta per Christum à peccato origi-  
nali (imò excellentiori modo redemptionis, quam alij ho-  
mines) non est necessarium, quod prædictum peccatum ori-  
ginale actu fuerit contrasta, sed sufficiens fuit, quod habue-  
rit debitum illud contrahendi, seu, quod idem est, quod ex  
**vi legis vniuersalis**, illud contraheret in instanti suę Con-  
ceptionis, nisi ex meritis Christi ex speciali priuilegio ab  
actuali contractione fuisset præseruata, quæ est doctrina, nō  
solum recepta ab omnibus, sed etiam à Diuo Thoma in 4.  
dist. 43. quæst. 1. art. 4. ad 3. vt latè expendit, & probat eius  
discipulus Reuerendissimus Pater Frater Ioannes à Sancto  
Thos

Thoma, in 1. part. Diui Thomę disput. 2. art. 2. §. *Hoc autem.*  
 Imò subtilis Doctor in 3. dist. 3. quęst. 1. §. *Contra primam rationem*, retorquet argumentum in cōtrarium, nam ex eo, quod redemptio præseruatiua peccati originalis est perfēctior, quam redēptio à peccato originali actualiter contrācto, inferri (& optime) conueniens fuisse, imò ad excellētiā Christi in ratione Redemptoris necessarium, quod saltem aliquam personam, Beatam scilicet Mariam, redimeret à peccato originali, redemptione præseruatiua, & consequenter, quod defacto Virgo Maria peccatum originale nō contraheret, constat autem sectatores pia sententiæ, ita assērere Virginem Mariam defacto, ex meritis Christi præuisis, in instanti suę animationis speciali priuilegio fuisse à contractione actuali peccati originalis præseruatā, ut simul sustineant ex vi legis vniuersalis necessario contrahuram peccatum originale, seū, quod idem est, habuisse debitum contrahendi illud, & in hoc sensu explicādi necessario sunt Zosimus, & Leo in contrarium adducti, alias cogerebūt affīmare, ipsos sensisse Virginem Mariam non fuisse redemptā à Christo à peccatis actualibus, nam fides astruit Virginem defacto nullum peccatum actualē comississe, sed potius ex meritis Christi ab actuali ipsorum comissione speciali priuilegio fuisse præseruatam.

40. Quod si aduersarijs placeat nos interrogare. Quomodo in sententia pia hęc duo compatiantur, scilicet Virginem habuisse debitum contrahendi peccatum originale, & instanti suę animationis fuisse sanctificatam? Nam sicut incompatibilia sunt in eodem instanti temporis, gratia sanctificans, & peccatum originale, ita incompatibilia sunt pro eodem instanti temporis in eodem subiecto gratia sanctificans, & debitum contrahendi peccatum originale; siquidem debitum contrahendi peccatum originale, intrinsecè econstat in subiecto, quod dicitur habere tale debitum, dignatē moralē carendi iustitia originali, quę dignitas per gratiā san-

Sanctificantem omnino dēletur, alias carentia iustitiae originalis, quæ modo est in renatis per baptismum, esset moraliter debita; & consequenter peccatum originale, quod in priuatione iustitiae originalis consistit, non secus, ac est in pueris non baptizatis? Nobis etiam placebit ab aduersarijs inquirere, quomodo in ipsorum sententia hæc duo compatiantur, scilicet Virginem Mariam (& idem esto iudicium de alijs hominibus) habuisse debitum contrahendi peccatum originale in instanti suæ animationis, & quod in eodem instanti defacto contraxerit peccatum originale, nam cum actualis contractio peccati originalis sit actualis solutio debiti contrahendi illud, non secus, ac actualis restitutio pecunie debitis est solutio actualis ipsis debiti, ita repugnabit, tam in Virgine, quam in quocumque alio homine in instanti animationis esse simul peccatum originale, & debitum contrahendi illud, ac repugnat esse simul in eodem instanti temporis solutionem debiti, & ipsum debitum.

41 Quod si nobis respondeant aduersarij, de Virgine Maria (& idem esto iudicium de alijs hominibus) optimè verificari, & absque aliqua contradictione, habuisse debitum contrahendi peccatum originale, & defacto in instanti suæ animationis peccatum originale contraxisse, quia ad hoc, ut de ipsaverificetur habuisse debitum contrahendi peccatum originale, non fuit necessarium, quod in instanti suæ animationis, in quo in ipsorum sententia Virgo contraxit peccatum originale, illud debitum incurreret, sed solum requiri, Virginem fuisse in Adamo non solum, ut in capite naturali, sed etiam, ut in capite morali, & in super, quod ab eo processerit per successivas seminales propagationes, nam his principijs stantibus, (sicut defacto in Virgine steterunt) sicut de Virgine verificatur pro toto illo tempore, quod intercessit inter prævaricationem Adæ, & instantis animationis Virginis Mariæ, vere, & in toto rigore fore contracturam ex vi legis vniuersalis peccatum originale, ita vere, & in toto rigore

gore verificari debet habuisse debitum contrahendi peccatum originale, nam hæc duo. *Virgo ex vi legis contraëctura est peccatum originale.* *Virgo habet debitum contrahendi peccatum originale*, omnino sinonyma sunt. Ita, & nos adversarijs respondemus. Ad hoc, vt de Virgine verificetur habuisse debitum contrahendi peccatum originale in instanti suæ animationis, non esse necessarium, quod prædictū debitum habuerit in instanti suæ animationis, in quo in nostra sententia sanctificata est, sed quod requiritur est, quod Virgo fuerit in Adamo, nō solum, vt in capite naturali, sed etiā, vt in capite morali, & in super, quod ab eo processerit per successivas seminales propagationes, quæ duo cum competent Virgini, ita verè, & proprie de illa verificabitur, toto illo tempore, quod intercessit inter prævaricationem Adæ, & instantis animationis Virginis Mariæ, habuisse debitum contrahendi in instanti suæ animationis peccatum originale, ac verè, & proprie verificatur pro toto illo tempore fore contraturam ex vi legis vniuersalis peccatum originale.

42 Ex quibus colliges, quam firmo fundamento nitantur plures recentiores, & est expressa doctrina Scoti in 3. dist. 3. quæst. 1. §. *Si autem teneatur, dum afferunt, Virginem Mariam in instanti suæ animationis, non solum non contraxisse peccatum originale, sed neque debitum contrahendi illud, quia virumque incompatibile fuit, cum gratia sanctificante, quam habuit in illo instanti animationis, sed solù de ipfa verificari habuisse debitum pro toto illo tempore, quod inter prævaricationem Adæ, & instantis animationis eius intercessit.* Neque obstat, quod pro toto illo tempore Virgo Maria actualiter non extiterit, quia ad hoc, vt de aliquo verificetur habuisse debitum contrahendi peccatum originale in instanti suæ animationis, non requiritur, quod actualiter existat, sed quod exiturus sit in instanti contractionis peccati, quod optimè Virginis Mariæ pro toto illo tempore conveniebat. Imò addo implicationem involuere, qui, protempore,

pore, quo verificatur de aliquo subiecto habere debitū contrahendi peccatum originale in instanti suæ animationis, aetualē existentiam requirit in subiecto.

43 Secundum absurdum, quod obijciunt est. Quod videtur contra singularem Christi prærogativam, asservare Virginem fuisse ab omni macula peccati immunē. Sed hoc absurdum, & si optimè sequebatur ex heresi Pellagiana, ponenti Virginem, & plures alios homines, non solum defacto nō contrahere peccatum originale, sed neque ex vi legis vniuersalis habere debitum contrahendi illud, & sic ad extinguentiam heresim Pellagianam optime vñi sunt Diuus Thomas, & Diuus Bernardus ratione ista. Tamē in sententia ista pia, quæ ita negat, Virginem defacto in instanti suæ animationis contraxisse peccatum originale, vt simul sostineat toto tempore, quod intercessit inter prævaricationem Adę, & instans animationis Virginis, Virginem habuisse debitum contrahendi illud, seu quod idem est ex vi legis vniuersalis fore illud contracturam, minimè sequi tale absurdum, siquidem Christus, non solum non contraxit peccatum originale defacto, sed cum de Spiritu Sancto, & non opere viri fuerit conceptus, nec debitum contrahendi illud potuit habere, sicut habuit Virgo Maria.

44 Terrio obijciunt adversarij hanc rationem, quæ etiā est à posteriori desumpta. Virgo Maria subiuit pœnas peccato originali præfinitas, & statutas, qualis fuit mors, & aliæ ærumpæ temporales: ergo, & peccatum ipsum originale contraxit.

45 Respondetur facile. Hac ratione optimè probari, Virginem, sicuti ex vi legis vniuersalis habuit debitum contrahendi peccatum originale, ita habuisse debitum contrahendi pœnas peccato originali præfinitas, & statutas, nō tamē probare defacto peccatum originale contraxisse, quia non obstante hoc debito potuit Deus ex speciali privilegio ipsam ab actuali contractione peccati originalis præterire, &

re, & quod de facto illam præseruauerit credendum est, quia conueniens fuit, ut Mater Dei nunquam fuisset Deo inimica, & serua diaboli, & licet etiam potuerit Deus speciali priuilegio ipsam præseruare à morte, & alijs & omnibus, temporalibus, tamen ab his de facto non præseruavit, quia hæc non derogabant dignitati Matri Dei, & conueniens fuit, ut assimilaretur filio suo, qui voluit mori, & crumnas temporales pati. En quam inane sint rationes, quibus aduersarij conati sunt veritatem articuli Immaculatæ Conceptionis impugnare.

### Tertia Ratio.



ESVMITVR ex cōmuni cōsensu populi Christiani, qui hi temporibus in tueranda veritate articuli immaculatæ Cōceptionis, (non sine illustratione diuina) iūa conspirat, ut summo affectu desideret veritatem istam à Summo Pontifice, ut dogma fidei declarari. Nam Christiani populi consensum locum esse Theologicum, ex quo rectè applicato poslunt fidei dogmata stabiliri, Theologorū concors opinio est, & Augustini docet authoritas, nam tom. 6. lib. *Contra epistolam fundamenti*, cap. 4. sic ait. *Tenet me in Ecclesia consensus Populorum, atque gentium;* & tom. 2. epist. 86. *In his de quibus nihil certum Sacra Scriptura definit, mos Populi Dei,* & in instituta maiorum pro leges una habenda. Quæ sententia ad verbum refertur, cap. in his distinctione 11. vnde non incongruè Pater Valentia, tom. 3. disput. 1. quæst. 1. hanc statuit conclusionem. *Quando in re aliqua in materia religinis controuersa, constaret fidelium concordem esse sententiam, merito potest,* & debet Pontifex illanisi, ut quæ esset Ecclesiæ sententia infallibilis.

2 Porro esse communem consensum Populi Christia-

ni Virginem in sua Conceptione, sicut animatione fuisse sanctam, & immaculatam, probari potest ex duplice illo principio, quo probari solet, quis sit communis consensus Populi Christiani circa aliquam veritatem ad materiam religionis spectantem.

3 Primum est. *Praxis alicuius cultus ab omnibus fidelibus recepta.* Et ex hoc principio, post decretum Gregorij XV. quo præcipitur omnibus fidelibus, ut in celebratione festi Conceptionis, nullo alio nomine, quam conceptionis videntur, manifestè inferitur, esse communè consensum omnium fidelium, immo, & ipsius Ecclesiæ, Virginem in sua Conceptione, sicut animatione fuisse sanctam, & immaculatam, cum omnes fideles, nullo dempto, ex institutione Ecclesiæ celebrent Conceptionem naturalem Virginis in ipsomet instanti animationis Sanctam, & Immaculatam, immo ad hoc sub præcepto Ecclesiastico teneantur.

4 Secundum est. *Scandalum, & offensa, quæ ex contraria assertione oriri solet in Populo Christiano.* Ex hoc etiam principio, manifestè deducitur, esse communem consensum Populi Christiani Virginem in sua Conceptione, sicut animatione Sanctam, & immaculatam fuisse, nam sententia contraria pie, scilicet, quæ assertit Virginem fuisse conceptam in peccato originali in Populo Christiano male audit, pias aures offendit, fidelium animos ad irā, ad tumultos, ad ultionem, ad arma lassit, quod tristis experientia docuit, & Paulus V. Pontifex Maximus in decreto edito in generali congregazione Sancte Romanæ, & generalis Inquisitionis, die 31. Augosti, anno 1617. his verbis deplorat. *Nibilominus ex occasione assertionis affirmatiæ in publicis lectionibus, contionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod eadē Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandalum, iurgia, & dissensiones, &c.* En quomodo ex hoc duplice principio optimè deducatur esse communè cōsen-

sensum Populi Christiani Virginem in sua Coceptione, seu  
animatione sanctam, & immaculatam fuisse;

5 Ad hoc argumentum ex communi consensu Populi Christiani desumptum, quo ut forte Achille defensores pīx sententiae vñanimiter vtuntur, (quorum nomina, & loca vi- deri possunt in Armamentario Seraphico, art. 2. colu. 174. à num. 189.) olim respondebat Caietanus, verbis relat s ab AEgyptio de præsentatione lib. 3. quæst. 6. art. 3. num. 339. Denique, quod attinet ad plausum, & deuotionem omniū Catholicorum Regum, & totius populi fidelis, qua puritas Beatæ Virginis, iam hodie in tota Ecclesia, non solum com- munis facta est, sed ita recepta, ut opposita sit scandalosa. Respondebat Caietanus, hanc probabilitatē non excedere vul- garem authoritatem, quæ est hominum imperitorum: scan- dalum non actuum esse, sed passiuum, & cum sit insipien- tium, potius est scandalum Phariseorum, quam piarum au- rium offensuum, &c.

6 Sed quam adauderit hæc protulerit Caietanus, imò eius censuræ verba relata dignasint, inter alios docuit idē AEgyptius supra relatus, verbis istis immediate subscriptis. Sed quantum in hoc deliret Caietanus nullus non videbit, qui aduerterit populum fidelem, à Romana Ecclesia ad hanc pietatem allici, & vehementer inuitari, dum Concep- tionem Beatæ Virginis sub titulo Immaculata, & ab om- ni originali macula liberæ, publica solemnitate colendam omnibus fidelibus proponit, ac etiam dum vniuersos fideles ad illius celebritatem allicit, indulgentias, & gratias lar- giendo, &c.

7 Et cum ad hoc magis comprobandum adduxisset Com- pendium Doctrinæ Christianæ cum declarationibus doctissimi Cardinalis Bellarmini iustu, & autoritate Clementis VIII. approbatum à Congregatiōne reformationis Doctri- nae Christianæ, ex contentis in dicto Compendio, & decla- rationibus Cardinalis Bellarmini, sic infert. Iam igitur zelo

Catholicæ fidei Caietanum compello: an ex hac doctrina,  
 & puerorum institutionis pietate inferri possint deliria,  
 quæ ex pietate fidelium posse inferri delirando affirmat Ca-  
 ietanus? Et in fine articuli concludit. Quare iterum dicā,  
 & semper dicam, quod doctissimus Caietanus in illis verbis  
 omnino delirauit, ne dicam verba illa digna esse, quæ ab il-  
 lo tractatu delectantur. Hęc AEgydius de præsentatione.

8 Alijs verbis, sed eiusdem farinæ, his nostris temporibus ausas est respondere libellator Anonymus ad præfatū argumentum, nam libello 2. num. 34. (alibi 40.) hęc verba profert. *Vniuersitatum, Doctorum, aliorumque opinantium obiectar multitudo, sed vota (id est suffragia) ponderanda sunt, non enumeranda.* Quibus verbis satis clare insinuat, & si suffragia præsententia pia plura sint, quam præsententia aduersa, sed non tanti ponderis, & authoritatis.

9 Sed quamvis hęc tantum verba inflata sint, non argumenti solutio, (oportebat enim ad solutionem argumenti suffragia pro utraque sententia, & numerare, & ponderare, quod callidè omissit, ne pondere suffragiorum sententię pīz obrueretur) nihilominus nobis ansam tribuunt, ut vota, sed suffragia, quæ sunt pro utraque sententia, & numeramus, & ponderemus, ut robescens agnoscat Libellator, quā contra se iactauerit, *Vota esse ponderanda, non numeranda.*

10 Et quidem præsententia Libellatoris, Bandelli, Caietani, & his similium, quibus cum liceat, etiam libet assere-re Virginem Mariam in sua Conceptione, seu animatione peccato originali fuisse obnoxiam, non inuenio suffragium, quod possim ponderare, quia neque reperio suffragiū, quod possim numerare. Pto sententia vere in quam communis consensus populi Christiani conspirat, scilicet Virginē Mariam in sua Conceptione, seu animatione fuisse Santam, & immaculatam, sicuti inuenio penè infinita suffragia, quæ possunt enumerari, ita, & penè infinita, quæ possunt ponde-rari;

rari, quod inductione constabit.

11 Nam in primis ex scriptura nullum suffragium deduci posse pro sententia, quæ affirmat, defacto Virginem in sua Conceptione, seu animatione peccatum originale contraxisse, ex dictis in secunda ratione, nu. 3, manifestum est, imò ex dictis, ibidem, à num. 5. usque ad 8. constat, his temporibus oppositum contendentes notam temeritatis, & erroris non effugere. Sententiæ verò pizæ, & quæ negat Virginem Mariam defacto in sua Conceptione peccatum originale contraxisse, plura loca scripture suffragari, ratione ad hominem conuincente, ibidem, num. 11. & 12, demonstravimus.

12 Constitutiones, & decreta Apostolica materiam articuli Immaculatae Conceptionis concernentia sententiæ pizæ omnia fauorabilia, sententiæ verò cōtrariæ omnia odiosa sunt. In constitutione *Cum præ excelsa* edita à Sixto IV. anno 1476. ut patet ex dictis in 1. rat. num. 6. non solum festum Conceptionis instituitur, sed etiam officium, à Nogarolo ad celebrationem huius festi ordinatum, laudatur, & approbatur, & ad eius celebrationem omnes Ecclesie allicitur, & invitantur, recitantibus indulgentiæ conceduntur. In 1. constitutione *Graue nimis* edita ab eodem Sixto IV. anno 1481. contra prædicatores quosdam, qui non ignari, quod Ecclesia Romana festum Conceptionis celebrat, & ad hoc speciale, & proprium officium instituerit hæreticos appellabant huiusmodi festum celebrantes, & in super assertione Ecclesiam non naturalem, sed spiritualem Conceptionem celebrare, nota falsitatis, temeritatis, & erroris inurit; patet ex dictis 1. ratione, num. 23. & ferè idem præstat in secunda constitutione eiusdem initij edita anno 1483.

13 Alexander VI. in Bulla, quæ incipit *Illi quis* edita anno 1508. grauiter reprehendit quosdam prædicatores, qui esse clumi secundæ constitutionis *Graue nimis*, vel ignorantibus, vel illam ausib⁹ temerarijs contemnentes in prædicationi-

cationibus variis opiniones circa contenta in prædictis litteris contra eorum tenorem in medium proponebant, & inserens in prædicta Bulla constitutionem secundam Graue nimis, multis penitentiis, & censuris præcipit prædictam constitutionem, & omnia, & singula, in ea contenta in uiolabiliter obseruari.

14 Leo X. in Bulla *Supra gregem in hærens extrauaganti Sixti Quarti* *Cum præ excelsa*, ordinationem officij Conceptionis Nogaroli vocat, *Piam, deuoram, & landabilem.*

15 Concilium Tridentinum, ut supra ratione 2. num. 5. ponderauimus, in calce decreti de contractione peccati originalis, declarat non esse suæ intentionis in prædicto decreto compræhendere Virginem immaculatam Mariam, & constitutiones Sixti Quarti approbat, & confirmat.

16 Pius Quintus in Bulla cuius initium est *Super speculam* *sixtianas constitutiones* approbat, & confirmat, & in reformatione Breviarij, ut in 1. ratione, num. 9. & 10. ponderauimus, celebrationem festi Conceptionis duabus excellențijs decorat, quibus antea non gaudebat.

17 Paulus Quintus in Bulla, cuius initium est, *Regis pacifici*, edita anno 1616. considerans scandalum, & dissidentias, quæ oriebantur, ex eo quod aliqui prædicabant coleantes festum Conceptionis esse hæreticos, per constitutiones Sixti Quarti, à Concilio Tridentino, & à Pio V. innouatas non esse extincta prædictarum constitutionum mentionem faciens, olim ordinata confirmat, penas auget, & inquisitoribus hæreticę prauitatis contra transgressores procedendi authoritatem tribuit. Imò in generali congregazione Sancte Romanae, & generalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, die 31. Augusti anno 1617. considerans, ex occasione (verba sunt Pontificis) assertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusiōnibus, & altibus publicis, quod eadem Beatissima Virgo Maria

*Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, iurgia, & dissensiones, &c. Prædicta assertione affirmatiuam à publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs actibus publicis suo decreto Pontificio relegavit.*

18 Demum Gregorius XV. in generali congregazione Sanctæ Romanae, & generalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, die 24. Maij, anno 1622, ad evitanda scandala, quæ adhuc ex assertione affirmatiua oriebantur, illam etiam suo decreto Pontificio relegavit à priuatis colloquis, & scriptis, solum permitens in angulo mentis cuiusvis hominis priuati deambulare. Et in super ad visitandum schisma, quod in celebratione festi Conceptionis gradiebatur, & ut omnes fideles ipsum celebrarent in sensu, quo ipsum Ecclesia celebrat, strictè præcipit, ut in celebratione prædicti festi non alio nomine, quam Conceptionis utrantur. En quomodo omnia decreta, quæ à Sede Apostolica emanarunt circa materiam Conceptionis Virginis Mariæ, omnia sententiae pizæ suffragantur, sententiæ verò opositæ refragantur.

19 Veniamus ad suffragia Patrum, & Doctorum, qui sub duabus clasibus numerandi sunt, iuxta duas temporum differentias, quibus vixerunt. Ad primam classem spectant, qui vixerunt ante tempora Sixti Quarti, quando, scilicet Ecclesia Romana, nec instituerat, nec celebrabat festū Conceptionis, sed ad summum permittebat ab aliquibus particularibus Ecclesijs celebrari. Ad secundā verò classem spectant Doctores, qui à temporibus Sixti Quarti, quibus Ecclesia Romana cepit festum Conceptionis celebrare, vixerunt.

20 Si de Patribus primæ classis sermo sit constat ex diatis, rat. 2. à num. 13. usque ad 30. ex tot Patribus, quos Bandellus, & alijs pro sua sententia accumularunt, neque unum ex intentione, & indubitanter eorum sententiæ suffragari, & de

64 PRIOR PROPOSIT. RAT. III.  
& de Scholasticis idem constat, ex ibidem dictis à nom. 33.  
usque ad 36. Imò si his temporibus, quibus vniuersalis Ec-  
clesia sacro cultu festum Conceptionis, & sub nomine Con-  
ceptionis celebrat, omnes Patres, & Doctores huius prime  
classis superstites essent, omnes suffragaturos sententiae pie  
concors sententia est, & ex dictis loco citato, num. 31. & 32.  
manifestè constat.

21 Pro sententia verò pia, tot sunt suffragia Patrum,  
& Doctorum huius primæ classis, quot loca, vbi questionem  
defacto attigerunt. Licet enim (ut sèpè dictum est) istorum  
Patrum, & Doctorum tota cura, & labor positus fuerit in  
extirpanda heresi Pelagianorum, qui sustinebant peccatum  
Adami, solum ei nocuisse, vel ad summum nō in omnes eius  
posteros, sed in multos deriuari, statuendo contra ipsos ex  
vi pacti, sed legis vniuersalis omnes descendentes ex Ada-  
mo per seminalem propagationem, nullo excluso, contra-  
dictos peccatum originale, & defacto in instanti suæ anima-  
tionis illud contrahere, nisi aliquis speciali priuilegio à Deo  
ab actuali illius contradictione, præseruetur, & hoc optimè  
conuincant loca, tam scripturæ, quam illorum Patrum, quæ  
pro sententia Bandelli adduci solent. Tamen circa questio-  
nem defacto. *Vtrum scilicet Virgo Maria in instanti suæ  
animationis ex speciali Dei priuilegio ab actuali peccati  
originalis contractione fuerit præseruata; Omnes Sancti Pa-  
tres, & Doctores huius primæ classis, qui illam attigerunt,  
vnanimiter sententiae pie suffragati sunt; quod inductione  
sequentier erit manifestum.*

22 Andreas Apostolus (ut ex Præsbyteris Acaicæ re-  
fert Aloysius Lipomanus.) Quomodo de immaculata terra  
factus fuerat homo primus, necessarium fuit, ut de Imma-  
culata Virgine natus Christus, vitam æternam, quam om-  
nes perdidérant, repararet.

23 Sanctus Ephrem de laudibus Beatae Mariæ. *Imma-  
culata, intemerata, incorrupta, & prorsus pudica, atque  
ab*

ab omni sorde, & labo peccati alienissima Virgo, Dei sponsa, & Domina nostra.

24 Sanctus Ambrosius citatus à Cliestobræ lib. 1, de puritate Conceptionis, cap. 13. & ab Hilareto in sermone de Conceptione. *Hæc est virga, in qua, nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit, & in Psalm. 118. Suscipe me in carne, quæ in Adam lapsa est, suscipe non ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit Virgo, sed Virgo per gratiæ ab omni integralab peccati.*

25 Sanctus Hieronymus in Epistola de Assumptione Beatæ Mariæ ad Paulam, & Eustochium, tom. 9. Virginem appellat *Impollutam, & alienam à contagione peccati*, & post pauca explicans illud, *Veni columba mea Immaculata mea*, de Virgine ait. *Simplicitatem columbae in omnibus representans, quoniam quidquid in ea gestum est, totum puritas, & simplicitas, totum veritas, & gratia fuit, & ideo Immaculata, quia in nullo corrupta.* Et in Psalmo 77. explicâs illud, & eduxit illos in nube diei, sic ait, *Aut certè nubem leuem dehemus Sanctam Mariam accipere, nullo semine humano prægrauatam, nubes enim illa non fuit internebris, sed semper in luce.*

26 Sophronius Patriarcha Ierosolymitanus in epist. ad Sergiū, recitata in 6. Sinodo, actione 11. & approbata actione 13. *Mariæ sanctæ, præclaræque, & quæ Dei sunt sapientis, ab omni contagione liberatae, (alibi liberæ, ) & corporis, & animæ, & intellectus.*

27 Sanctus Augustinus lib. de natura, & gratia. *Excepta itaq; Sancta Virgine Maria, de qua propter honore Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo questionem; inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum; quæ concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo Virgine excepta, si omnes illos, &c.*

28 Sedulius lib. 2, operis palcalis; *Et veluti spinis mol-*

*lis rosa surgit acutis, nil quod lœdat habens, matreque obscurat honore, sic Euæ de stirpe sacra veniente Maria, Virginis antiquæ facinus noua Virgo piaret.*

29 Proclus Episcopus Cyziken, homilia habita in Cœcilio Ephesino, tom. 6. cap. 7. *Ex vero Virgineo prodijisse purissimum illud lumen, nihil quidquam polluit: quæ enim citra ullam sui labem formauerat, ex hac quoque nulla macula contracta processit.*

30 Eusebius Emilianus sermone de nativitate. *Vbi enim omnium aromatum (id est gratiarum) famus redolet, ibi fœtoris (id est peccati) indicium esse non potest.*

31 Sanctus Fulgentius, in sermone de duplice Christi natura. *In primi hominis coniuge nequitia Diabolus inucta deprauavit mentem, in secundi autem hominis Matre, gratia Dei, & mentem integrum seruanuit, & carnem; Et in sermone de laudibus Mariæ explicans illa verba, *Ave Maria gratia plena*, sic ait, *cum dixit Ave salutationem illi coelestem exhibuit, cum dixit plena, ostendit ex integro iram exclusam primæ sententia, & plenam benedictionis gratiam restitutam.**

32 Sanctus Ildephonsus lib. de parturitione, & Virginitate Mariæ in 9. tom. Bibliothecæ sacræ; *Sed quia solemniter colitur (nempè nativitas) Constat Ecclesiae, quod nullis, quando nata est, subiacuit delictis, nec contraxit in utero sanctificata peccatum originale. Quam autoritatem, & alias eiusdem Sancti latè, & optimè expendit Pater Salazar, cap. 36.*

33 Sanctus Damascenus oratione 1. & 3. nativitatis Virginis, & lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 15. & orat. 2. de dormitione eiusdem Virginis, quam plura dicit; que ad nostrum intentum bene expendit idem Pater Salazar, cap. 42. s. eculo 8.

34 Idiota vir sapientissimus in contemplatione de Virgine Deipara, cap. 3. *Tota pulchra es Maria, & macula non*

## PRIOR PROPOSIT. RAT. III.

69

non est in te, tota pulchra es in tua Conceptione ad hoc so-  
lum effecta, ut templum esses Dei altissimi, Et Paulo infe-  
rius, Tota igitur pulchra es Virgo glorioffissima, non in par-  
te, sed in toto, ex macula peccati, sive mortalis, sive venia-  
lis, sive originalis non est in te, neque unquam fuit, nec erit.

35 Petrus Damianus in sermone de Assumptione. Ca-  
ro enim Virginis ex Adam sumpta maculas Adæ non af-  
sumpsit, Et in sermone 3. de Nativitate Virginis, Quid, ro-  
go, virij in eius mente, vel corpore dedicare sibi potuit locū?

36 Diuus Anselmus de Conceptione Virginis, & de  
peccato originali, cap. 18. Sed quia decebat, ut illius homi-  
nis Concepio de Matre purissima fieret; ne pè decens erat,  
ut ex puritate, qua maior sub Deo nequait intelligi, Virgo il-  
la niteret. Decreuerat enim in superioribus Anselmus po-  
tuisse optimè Christum de Matre peccatrice, & peccato ori-  
ginali obnoxia, sanctum & iustum nasci, sed ne aliquis pu-  
taret, ita factum fuisse, subiunxit verba relata, probans eis  
non ex necessitate fatendum sit Virginem fuisse immacula-  
tam, fatendum nihilominus esse fuisse immaculatam ex co-  
gruentia, & decentia. Imò in Regesto Armamentarij Sera-  
phici à columnā prima, usque ad 18. referuntur ad litteram  
duę epistolę, & quidam sermo Divi Anselmi, in quibus san-  
ctus Doctor, non solum fatetur Conceptionem Virginis Sā-  
ctam, & Immaculatam, sed etiam rationibus id probat, & ad  
celebrationem festi Conceptionis omnes inquit.

37 Petrus Celensis in libello de panibus. Virgo igitur  
Virginum clibanus est ad panem suscipiendum, vel conci-  
piendum, non consumendum, vel vrendum: ignē enim vrē-  
zem nunquam admissit, quæ carnis concupiscentiam non  
sensit, ignem fumantem non suscepit, quia non concepit ini-  
quitatem, ignem consummantē nō nouit, quæ rorem de cœ-  
lis in corde, & in ventre plenissimè accepit, & inferius. Fi-  
lius est altare de terra sancta, quia corpus habet de Matre  
sine macula.

K 2

38 Iuo

38 Iuo Carnotensis sermone de Nativitate Domini.  
**Quomodo Matrem carnis suæ sanctificauerit, audiamus,**  
 omnem quippe næcum, tam originalis, quæ actualis culpæ  
 in ea deleuit. Vbi verbum deleuit, idem valet, ac verbum  
 præseruauit, nam eodem modo loquitur de originali, ac de  
 actuali, & ab actuali Virginem fuisse præseruatam, nulli du-  
 bium.

39 Sanctus Bruno in Psal. 105. ad illa verba, **Dominus**  
 de cœlo in terram aspexit, ita subscriptibit. **Hæc est enim incor-**  
 rupta terra illa, cui benedixit Dominus, ab omni propterea  
 contagione peccati libera, per quam viræ vitam agnouimus.

40 Rupertus Abbas Tuitiensis, qui post quam lib. in  
 cantica circa illa verba; **Meliora sunt ubera tua vino**, sta-  
 tuisset doctrinam communem, & receptam apud Patres cō-  
 tra Pelagianos, scilicet Virginem eo ipso, quod erat ex mas-  
 sa, quæ in Adam corrupta est, ex vi legis vniuersalis, & seclu-  
 sio priuilegio, non solum contra turam peccatum, sed quod  
 defacto illud contraheret, ita ut virgo verè dicere posset  
 (attenta solum ista lege vniuersali) **Ecce in iniquitatibus**  
**concepta sum, & in peccatis concepit me Mater mea.** In-  
 fra lib. 6. eiusdem operis multis exornat, Virginem ex spe-  
 ciali gratia, & singulari priuilegio inter omnes filios Adæ  
 fuisse ab actuali contractione peccati originalis præserua-  
 tam, nam ad illa verba, **Quæ pulchris sunt gressus tui in cal-**  
 ceamentis filia Principis, Postquam præmisit alias Eux fi-  
 lias discalceatis pedibus in seruitutis signum deambulare; ita  
 subscriptibit. **Id circa ancillæ (idest Eux) calcaneum serpens**  
**mordit, tu autem filia Principis, bene calceata caput**  
**serpentis cōtriuisti, tu maxime o Princeps, & Domina sin-**  
**gularis dilecta, & infra; Tu inquam o dilecta singularis li-**  
**bera es ab omni iugo peccati.** Et lib. 3. in cantic. super illa  
 verba; **Oculi tui columbarum. Columba in petris nidificat,**  
**& tu in solitudine fidei per manens enasisti serpentis anti-**  
**qua venena.**

41 Diuus Bernardus sermone de Beata Maria; *De lignis setim condita est arca, quia licet Maria de Patrum natura per peccatum vitiata duceret originem, præclara tamen est per Spiritum Sanctum, & præseruata ad purum;* Et sermone 4. super salve; *Libanus mons, qui dicitur dealbatio signat alram præ omnibus innocentiam tuam, innocentis fuisti ab originalibus, & actualibus peccatis, nemo ita præterte, unde authoritas Augustini, cum de peccatis agimus, nullam de Beata Maria volumus fieri mentionem, ex eo enim maiorem credimus ei collatam virtutem ad vindicandum ex omni parte peccatum, quia concipere, ac parere meruit eum, qui nullum habuit peccatum; & subdit; ex omni parte, hoc est ex parte originalis, & ex parte actualis peccati;* Et sermone de Cœna Domini; *Non est in filijs hominum magnus, vel parvus, qui non in peccatis fuerit conceptus præter Matrem Immaculati peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis, de qua, cum de peccatis agitur, nulla proorsus volo habere quæstionem.*

42 Richardus Victorinus in cantica, cap. 26. *Tota ergo fuit pulchra, quam totam possedit gratia, quia nullum in ea locum habuit peccatum;* & infra: *Obtenebrantur enim stellæ (id est sancti) caligine humanæ culpæ, sed Beata Virgo tota pulchra fuit, quam totam illustravit, & perfudit Sol iustitiae, ut nec maculam haberet, nec tenebras culpe.*

43 Adamus Victorinus in prosa de Virginis Assumptione; *Salve verbi sacra parens, flos despinis, spina carens, flos spineti gloria, nos spinetum, nos peccati spina sumus cruentati, sed tu spinæ nescia.*

44 Sanctus dominicus libello de Sacramento Corporis Christi, contra Albigenses. *Mutuatis verbis ab Andream Apostolo, sic scribit; Sicut primus Adam fuit ex terra Virgine, & nunquam iledicta formatus, ita decuit in secundo Adam fieri, id est in Christo, cuius terra id est Mater*

*Vir-*

*Virgo nunquam fuit maledicta.*

45 Alexāder Alensis minorita, & Doctor Irrefragabilis libellum integrum de pura Conceptione super illud Can. Ric. 4. *Tota pulchra amica mea, & macula non est in te,* scripsisse referunt quam plurimi authores, quos citat Pater Salazar, cap. 42. s. c. 13. qui etiam referunt in hęc verba anima exhalasse; *Maria Dominus mea tota pulchra es, & formosa, & macula originalis, aut actualis in te nunquam fuit.*

46 Hugo de Sancto Caro Ordinis Prædicatorū, & Cardinalis Sancte Baluine in cap. orimum Luce. *Aue sine va  
riiplici, corruptionis, grauitatis, & doloris, quod incurrit Eu per peccatum, quod ab ea omnes mulieres præter Mariam, quasi iure hæreditario contraxerunt.*

47 Albertus Magnus citatus à Patre Canisio lib. 5. de Maria Deipara, cap. 27. in libello de Mariæ laudibus, & habetur in Bibliotheca Fratrum Minorum Murtiæ, sic affatur; *Hęc enim Virgo sola à communi illa regula excipitur, omnes in Adam peccauerunt.*

48 De Diuo Thoma Doctore Angelico, quid sentendum sit patet ex dictis in 1. rat. à num. 17. usque ad num. 22. & in secunda rat. à num. 21. usque ad num. 32. scilicet, quod cum Conceptionem Virginis appellat maculatam, & indignum cultu, sumit Conceptionem, non pro animatione, sed pro formatione fœtus, quæ animationem antecedit, & cum affirmat Virginem contraxisse peccatum originale, hoc solum asservuisse (sicut, & plures alij Patres) quantum est ex vi pacti, & legis vniuersalis, & abstrahendo à privilegio, quod modo confirmare possumus ex quadā reuelatione eiusdem Angelici Doctoris, quam refert Bernardinus de Bustos, sermone 7. de Conceptione facta Domino Fantino Episcopo Parauino. Cum enim hic Episcopus 3. part. Divi Thomæ per legeret, & articulū 2. questionis 27. attingisset, in quo Diuus Thomas afferit Virginem peccatum originale contraxisse mirari

mirari cœpit, quod tantus, tamque Mariæ studiosus Doctor de illius Conceptione, ita seuerè censuisset. Ac tunc quidem Sanctus Thomas sese illi visendum dedit, atque ita ipsum est allocutus. *Scias Domine Episkepe, quod quando talem opinionem posui, solum habui respectum ad diuinum statutum, quo Beata Virgo peccatum originale contrahere debuerat, nisi per filium suum fuisset præseruata,* De quest. verò defacto, *Vtrum scilicet Virgo ex speciali priuilegio ab actuali conractione peccati originalis fuerit præseruata, nihil ex intentione disputasse Diuum Thomam, sed obiter, & per transennam virique sententię fauisse, & prèter locum primi in secunda rat. num. 29. citatum, in quo faret sententiæ pīx, possumus alia adducere, in quibus expresse faretur, Virginem à peccato originali ex speciali priuilegio fuisse præseruaram, nam in eodem 1. sentent. dist. 17. quest. 2. art. 4. cum sibi obiecisset illa verba Anselmi; *Decuit B. Virginem ea puritate nitere, quia maior sub Deo nequit intelligi;* In solutione ad 3. ita occurrit. *Ad illud, quod obiectatur de B. Virgine dicendum est, quod differt puritatis augmentum, & charitatis; augmentum autem puritatis est secundum recessum à contrario, & quia in Beata Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo peruenit ad summum puritatis; sub Deo tamen, in quo non est aliqua potētia deficiendi, quæ est in qualibet creatura, quantum in se est;* Et Opusculo 8. de expositione Angelicæ salut. (ut referunt Bernardinus de Bustos, Canisius, & alij) habentur hæc verba; *Maria purissima fuit, quantum ad omnem culpam, quia neque originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.**

49 Sanctus Vincentius Ferrer in serm. de Concept. licet affirmet, tempore formationis fœtus Virginem nō fuisse sanctificatam, (nimis, quia tunc sanctificationis capax non erat) tamen in instanti animationis, siue fuerit eadem die, vel eadē hora, affirmat fuisse sanctificatam; vndē in sermone primo de Nativitate, sic ait, *Quando corpus B. Virginis*

nis fuit perfecte organizatum, et anima illi coniuncta per creationem, altissimus sanctificauit tabernaculum suum. Et serm. 2. eiusdem festi loquens de Conceptione Virginis, sic ait. Non credatur, quod fuerit sicut in nobis, qui in peccatis concipimur, sed statim, atque anima fuit creata, fuit sanctificata, et statim Angeliferunt in cœlo festam Cœptionis; Et subinde sic fatur; Lux dicitur illa benedicta generationis Virginis Mariae, quia sine tenebra culpæ facta est.

50 Abulensis super Prologum Dipi Hieronymi, cap. 6. Sic afflatur. Beatam Virginem sine originali macula conceptam esse nullo modo nego, sed toto animo confiteor, licet oppositum dicere, non sit magnus error, nisi pertinaciter dicatur, volendo aliquid de perfectione Virginis detruncare.

51 Petrus Apollinaris de Natiuitate Virginis Carmine scribens, sic cecinit. Salve Virgo parens labes, quam nulla vetusti, Pertot ducta gradus criminis implicuit, te dum conciperis, culpa quicumque negarit immunem, brutis nil sapit ille magis, huic aut vaporeo mēs est infecta veneno, aut illum teter spiritus exagitat.

52 Laurentius Iustinianus tractat. de Casto connubio, cap. 7. Quotquot enim ex ipsa nati sunt propagine (exceptis duntaxat mediatore Dei, et hominum Christo IESV, et eius Matre) sub hac peccati lege sunt conditi. Et in fasciculo amoris, cap. 7. Nemo ab ipso mundi initio, usque ad temporis plenitudinem (duntaxat mediatore, eiusque genitricē exceptis) ingum dominationis eius euasit; Et lib. de grabibus perfect. cap. 1. Ab originali delicto nullus excipitur, præter illam, quae genuit mundi saluatorem; Et in sermone de Annunt. Ab ipsa sui Cœceptione in benedictionibus est præuenta dulcedinis, atque à damnationis aliena chirographo.

53 Claudat agmen Patrum, Sanctorum, & Doctorum, qui ante tempora Sixti Quarti viuentes suffragati sunt seni—  
ux

tisæ piæ, Scotus Doctor subtilis; *Præcipuus, ac Maximus*  
*puræ Conceptionis vindex,* (verba sunt Patris Salazar sœcu-  
 lo 14.) qui tantam huic Doctrinæ sua authoritate fidem  
 comparauit, quantum nullus alius ante ipsum, aut post ip-  
 sum. Hic ergo in 3. dist. 3. quæst. 1. Virginem Deiparam à  
 peccato originali immune fuisse, non solum asseruit, sed  
 euicit. Liber hic inslerere verba, quibus Pelbertus Temesta-  
 rijs (relatus à Reuerendo Patre Luca Vvaddingo in suis An-  
 nalibus, anno 1304. num. 34.) describit celebrem illam dis-  
 putationem, quam habuit Scotus Parisijs pro defendenda  
 Virginis puritate. *Aduersæ parris tutoribus se opposuit in-*  
*geniosissimus Doctor, magnum fuit pondus argumentorū,*  
*quibus impetebatur, erantque numero ducenta, omnia sine*  
*interruptione, quieto, & tranquillo animo attente audiuit,*  
*& mirabili memoria suo ordine resumpsit, soluendo intri-*  
*catas eorundem difficultates, & nudoſos syllogismos ea fa-*  
*cilitate, qua Sansom Dalilæ ligamina in favorem Philisti-*  
*norum posita dirumpēbat. Addit Scotus multas, & for-*  
*tissimas rationes, probans Virginem sanctissimam sine ori-*  
*ginalis peccati macula Conceptam. Actus obstupefecit sa-*  
*pientissimam illam vniuersitatem Parisiensem, quæ in gra-*  
*tificationem, Scotum celeberrimo nomine Doctoris subtilis*  
*insigniuit. Hæc Pelbertus. Hoc itaque actu (subdit Pater*  
 Lucas Vvaddingus,) & his, quæ scripsit in 3. allicuit vniuer-  
 sitatem Parisiensem ad illud efformandum decretum, quo  
 canit, he advulos gradus Scholasticus admitteretur, qui prius  
 non iurareret, se defensurum B. Virginem à noxa originaria;  
 & decreto addidit votum de celebranda quotannis festiui-  
 tate immaculatæ Conceptionis, Reuerendissimo Episcopo  
 missæ sacrificium offerente, & uno ex Magistris concessionem  
 habente; quæ festivitas dum in diem Dominicam cedit in  
 Conuentu Prædicatorum, alijs tēporibus in Conuentu fra-  
 trum Minorum habetur.

54 Sed antequam ad vltiora progrediamur, animad-  
 vertere

uertere necessarium duxi. (Ne studiosis sententiæ piæ plus quam pars est aduersarijs concedamus) Sapientissimum Patrem Ferdinandum Salazar (qui zelo exaltandi immunitatem Virginis Mariæ, non solum sustinet Virginem non contraxisse peccatum originale, sed neque habuisse vñlum debitum contrahendi illud. Sustinet enim hic Author Virginē non fuisse in Adamo, tanquam in capite morali, neque in decreto, quo Deus decreuit, dare primo parenti iustitiā originalem eo pacto, quod si non peccaret, eam transfundere ret in posteros, si secus parentiam eius, etiam in posteros transfunderet, Virginem fuisse comprehensam) sibi obiecisse authoritates Patrum, in quibus ad extirpandam heresim Pelagianam absolutè pronuntiant. Omnes descendentes ex Adamo excluso Christo contrahere peccatum originale, vel Virginem peccatum originale contraxisse, & his similes. Et cū in suis principijs ad eas respondere, non posset id quod communiter sectatores piæ sententiae respondēt, scilicet in prædictis authoritatibus, solum Patres intendisse statuere contra Pelagium omnes descendentes ex Adamo per seminalem propagationem ex ipsa fæti, seu legis vniuersalis contraheros peccatum originale, seu, quod idem est, habere debitum contrahendi illud, imò, quod defacto illud contrahunt, nisi speciali priuilegio ab actuali illius contractione præseruentur. Prædictum Patrem huic tam leui oneri succubuisse, affirmando, sicuti defacto affirmat in prædictis authoritatibus Patres sententiam contrariam pię sustinuisse, sed non propter hoc pro sententia contraria piæ esse numerandos, quia in alijs locis meliora sapientes oppositum sustinuerūt, vt ex locis supra adductis constare potest.

55 Sed bona venia, hæc solutio à sectatoribus sententiæ piæ maximè cauenda est. Primò, quia nititur principio admodum difficulti. Licet enim facillimum sit defendere, & sustinere id, quod ut verum, & Scoticum in 2. rat. num. 42. statuimus, scilicet Virginem non habuisse debitum proximum

mum contrahendi peccatum originale, quia in instanti suæ animationis, sicut neque contraxit peccatum, ita neque debitum cōtrahendi illud, quia virumque incompatibile erat cum gratia sanctificante, qua Virgo in illo instanti prævenita est. Tamen defendere, & sustinere Virginem, neque etiā habuisse debitum remotum cōtrahendi peccatum originale, eo quod non fuit in Adamo, ut in capite morali, neque comprehensa in decreto, quo decreuit Deus conferre Adæ iustitiam originalem ea lege, quod si non peccare transfundet in omnes posteros, &c. Sanè difficilimum est, ne que est sententia Scotti (ut prædictus Author sibi suscit.) sed potius contrarium his, quæ docet loco 3. citat. Reducere autem controvësiam, quæ est inter catholicos circa præseruationem Virginis à peccato originali ad istas angustias, à seclatoribus piæ sententiæ valde cauendum est.

56 Secundo, quia solutio ista Patris Salazar, quæ admittit plures Patres aliquibus in locis sustinuisse Virginem defacto peccatum originale contraxisse, tēla præbet aduersarijs, quibus resistere non potuit Author iste, nisi admittendo Patres istos inconstantes fuisse, & sibi met ipsis contrarios, quod sustinere non decet. Patres enim in suis assertis constantes fuerunt, & nullib[us] sibi contrarij. Nam cum disputant contra Pelagium, semper statuerunt ex vi legis, seu pacti vniuersalis omnes descendentes ex Adamo per seminalem propagationem, (sine exclusione Virginis) non solum contristuros peccatum originale, sed quod defacto (secluso privilegio) illud contrahunt. Cum verò loquuntur defacto, semper Virginem ex speciali privilegio ab actuali contractione immunem prædicant, ut ex authoritatibus supra relatis manifeste constat, neque istæ duæ assertiones contrariae sunt: *Virgo ex vi legis, seu pacti vniuersalis contraxit peccatum originale. Virgo ex vi privilegij peccatum originale non contraxit.* Nam prior solum denotat Virginem habuisse debitum remotum contrahendi peccatum originale. Posterior

verò solum denorat Virginem ex speciali priuilegio , tam ab actuali contractione , quam à debito proximo fuisse per sanctificationem factam in ipsomet instati animationis præseruatam , quod latius expendimus in 2. rat. num. 21 . Et hæc de Patribus , & Doctoribus primæ classis , & qui vixerunt ante tempora Sixti Quartii .

57 Si vero de Patribus , & Doctoribus secundæ classis , & qui vixerunt à temporibus Sixti Quartii usque nunc , à quibus Ecclesia Romana festum Conceptionis Immaculatae celebrare cepit , sermo sit , non est cur immoremur , nam præter Bandellum , Caietanum , & paucos alios eiusdem Sacri Ordinis , omnes , & singuli Doctores , tam Scholastici , quā positini unanimi consensu non solum suffragati sunt sententiæ piæ , sed etiam immunitatem Virginis Mariæ à peccato originali , viriliter verbo , & scripto defendere suscepérunt ; nec mirum , cum iam opposita sententia , non solum ab Scholaribus per decreta Pontificia , sed etiam à linguis , & ab auribus ( exceptis Dominicanis inter se ) relegata existat .

58 Vniuersitates , quæ & sciētiæ , & sapientiæ Matres , & Nutrices sunt , non solum suffragantur sententiæ piæ , sed ita oppositiæ sententiæ ref. agantur , vt omnes iam ediderint decretum , quo cauēt ne ad ullos gradus Scholastici admittantur , qui prius non iurauerint , se desensuros Virginem Mariam à noxa peccati originalis ex meritis filij sui in instanti suæ animationis fuisse præseruatam . Ita vniuersitas Parisiensis , Complutensis , Salmanticensis , Coloniensis , Oxoniensis , Bononiensis , Louaniensis , Hispalensis , Granatensis , Barchinonensis , Onnatenensis , Ouerensis , Limensis , Cantabriensis , Vallis-Oletana , Ossunæ , Compostellana , Cesaraugustana , Toletana , Bariensis , Seguntina , Maguntina , Tolosana , &c . Quorum fidem habes in Regesto Armamentarij Seraphici , à columna 322 . usque ad 470 .

59 Nec solum vniuersitates , sed etiam Ecclesiæ Cathedrales , & quæ plures Collegiales , nec non plures confraterni-

ternitates, & ex secularibus, omnes civitates sigillatim, & pro omnibus Procuratores Regni Coram Philippo III. semper Augusto, non solum sententiæ piæ suffragantur, sed etiā voto, & iuramento se astrinxerunt, sentiendi, & defendendi immunitatem Deipare in instanti suæ animationis, à peccato originali, & celebrandi solemniter quotannis festū suę Immaculatæ Conceptionis. Quorum etiam fidem habes in Regesto Armamentarij Seraphici locis supra notatis.

60 Quid de Regibus, & Imperatoribus adiiciam? Non solum Reges, & Imperatores Populi Christiani sententiæ piæ suffragati sunt, & suffragantur, sed præcipua eorum cura coram Summis Pontificibus est, & fuit, ut ab ipsis veritas Immaculatæ Conceptionis articuli è Cathedra declaretur, seu definiatur, & inter omnes duo Philippi Reges nostri Catholici Tertius, & Quartus, qui nunc sœliciter regnat, & Deo favente in æternum regnet, ad cuius fidem legatur in Regesto Armamentarij Seraphici à colum. 307. vsque ad 318. index Epistolarum, quas scripsit circa hanc matetiam Philippus III. quæ excedunt numerum trigesimum quartum, & quam etiam scripsit Rex noster Philippus Quartus ad Summum Pontificem Gregorium XV. Legatur etiam (quia ad rem maximè conducunt) in eodem Regesto à colum. 315. & sequentibus epistola Reginæ Hispaniæ Dominæ nostræ Isabellæ ad Summum Pontificem Gregorium XV. & ad eumdem epistola Infantis Cardinalis, & Archiepiscopi Toletani, & epistola serenissimæ Margaritæ Austriacæ; & ex Regibus Aragonum legatur in eodem Regesto à colum. 289. vsque ad 299. priuilegium Serenissimi Regis Ioannis I. & duo alia priuilegia Serenissimi Regis Martini I. & priuilegium, & quoddam mandatum Mariæ Aragonis Reginæ.

61 Accedant Religiones sacræ, in quibus scientia, & sapientia simul cum virtute commorantur. Omnes sententiæ piæ suffragantur, Sancti Basilij, Sancti Benedicti, Sancti Bernardi, Cœlestinorum, Carthusiensis, Sancti Norberti, Sancti

Ali Francisci, Sancti Augustini, Carmelitarum, Sanctissimæ Trinitatis, Beatæ Mariæ de Mercede, Sancti Hieronymi, Sancti Francisci de Paula, Societatis IESV, Clericorum Minorum, &c. Quæ omnes in Regesto Armamentarij Seraphici à columna 471. vsque ad 561. non solum sigillatim numerantur, sed etiam vniuersaliter in singulari constitutions, acta, decreta edita circa cultum, & obsequium debitum immaculatæ Conceptioni referuntur, & ponderantur.

62 Neque Illustris, ac Sacra Religio Prædicatorum à numero suffragantium sententiæ piæ releganda est, (quamvis Vulgo oppositum receptum sit). Licet enim Bandellus, Caietanus, Medina, & aliqui huius Sacré Religionis Magistri senserint, & docuerint Virginem Concepitam fuisse in peccato originali, non alio adstricti fundamento, quam semel sibi suassisse hanc fuisse sententiam Divi Thome, in cuius verba iurarunt, non tamen ex hoc sequitur hanc esse sententiam huius Sacré Religionis.

63 Primo. Quia non solum Patriarcha Sanctus Dominicus eius Fundator, & quem in omnibus sequi haec Sacra Religio astricta est, sed etiam plures Sancti, & insignes Magistri eiusdem Religionis sententiæ piæ suffragati sunt, scilicet, Sanctus Vincentius Ferrer, (vt ex dictis, num. 49. manifeste patet) Sanctus Ludouicus Beltrandus, Ioannes Taulerus illuminatus Theologus, Hugo de Sancto Caro Cardinalis, Albertus Magnus supra relatus, Guillielmus Pepinus Doctor Parisiensis, Dominicus à Soto Primarius Salmanticensis Magister, Ambrosius Catherinus Archiepiscopus Compsensis, Vincentius Iustinianus Antistes Valentinus, Ioannes Vigerius Ordinis Magister, Alphonsus Cabrera concionator Regius, Joannes Baptista de Lanuza Episcopus Aluarrasinen sis, Nicolaus Ricardi, Magister sacri Palatiij, Reimundus Pascelius Sacré Theologiae Doctor, Laurentius Gutierrez Magister, & Cathedraticus Complutensis, Jacobus de Voragine Doctor eximus Episcopus Ianuen sis, Hiero-

Hieronymus Almonaci sacrae Paginæ Interpres Complutensis, Ioannes à Sancto Geminiano, Stephanus Mendez, Emmanuel de Vergara omnes insignes Prædicatores, Antonius Nauarrus Sanctæ Theologiæ Magister, Ioannes à Sancto Thoma Primariæ Cathedræ Complutensis moderator, & Philippi Quarti à confessionibus, Heruēus totius Ordinis Magister Generalis, & plures alij præter eos, qui intrinsecus latent. Imò Manuale Prædicatorum impressum Hispali 109. ab hinc annis, sic alloquitur. *Ordo Prædicatorum sustinuit huc usque opinionem, quod B. Virgo fuit concepta in originali peccato, sed iam de hoc non est curandum, cù sit materia nullius utilitatis, & valde scandalosa, præsertim cum tota ferè Ecclesia, iam afferat, quod fuit præseruata.*

64 Secundò. Quia Magistri huius sacrae Religionis, qui sententiæ contrariae suffragati sunt, non solum lubrico, sed multorum calculo falsissimo nixi sunt fundamento. Scilicet Doctorem Angelicum pro sententia affirmativa subscriptisse; nam ex dictis in 1. rat. à num. 17. usque ad 22. & in 2. rat. à num. 21. usque ad 30. manifeste constat Diuum Thomam, quando affirmat Virginem Mariam peccatum originale contraxisse, nō fuisse locutum defacto, sed de eo, quod ex vi pacti, & legis yniuersalis Virgini conueniebat, (vt in revelatione facta Domino Fantino, num. 48. relata ipsemer Doctor Angelicus fas illus est). & quando Conceptionem Virginis appellat maculatam, & indignam sacro cultu, locutum fuisse, (sicuri, & Djuus Bernardus epistola ad Lugdunenses) non de Cōceptione sumpta pro animatione foetus, sed sumpta pro actione formativa foetus, quæ ipsam animationem antecedit. Loquendo vero defacto multis in locis sententiæ pie fuisse suffragatum, constat ex dictis supra, num. 48. imò dato (& nullatenus admissō) quod D. Thomas ante tēpota Sixti Quarti, quando Ecclesia Romana festum Conceptionis nō celebrabat, sed solum ab aliquibus particularibus Ecclesijs cele-

celebrari permittet, pro sententia affirmativa subscriptis.  
ser; si tamen his temporibus, quibus ab uniuersali Ecclesia,  
& sub nomine Conceptionis ex præcepto dictum festum ce-  
lebratur, superstes esset, relictæ priori sententia piæ suffraga-  
tum, ex dictis rat. 2. num. 31. & 32. manifestum est, & ex  
principijs ipsis met D. Thomæ demonstratum.

65. Dices, optimè compatiuntur circa eandem rem as-  
sensus practicus, & dissensus speculatiuus: ergo si D. Tho-  
mas his temporibus superstes esset, optimè posset in praxi  
celebrationis festi Conceptionis assentiri Virginem in sua  
Conceptione fuisse Sanctam, & immaculatam, & nihilomi-  
nus, ut particularis persona à prædicta propositione specu-  
latiue dissentiri, sicut defacto contingit in Ecclesiasticis, qui  
his temporibus sequuntur sententiam affirmatiuam.

66. Respondeo, obiectionem istam manifestè ostende-  
re falsissimum esse fundamentum, quo nixus est Libellator  
Anonymous, probare nomen *Conceptio*, quod ante Gregoriū  
XV. supponebat pro Conceptione in primo instanti imma-  
culata, post decretum Gregorij XV. immo ex vi decreti mu-  
tasse suppositionem, & supponere pro Conceptione indif-  
ferenti, seti abstrahenti à primo, & posteriori instanti, & cō-  
muni utrique sententia. Nimirum, quod alias Pontifex sibi  
met esset contrarius, præcipiens ex una parte, quod omnes  
teneantur celebrare festum Conceptionis sub nomine Co-  
ceptionis, & ex alia permittens, quod possit quilibet senté-  
tiæ affirmatiuæ assentiri. Minime tamen procedere contra  
nos, quia nos non intēdimus probare, (in hypothesi, quod D.  
Thomas sententiam affirmatiuam tenuisset) prædictū San-  
ctum si his temporibus superstes esset, illam relictum, &  
nostram complexurom sententiam, deducēdo illum ad ali-  
quod impossibile. Fatemur enim liberter absque vlla impli-  
catione, poste dari circa eandem rem assentum practicum, &  
dissensum speculatiuum, & consequenter, quod posset D.  
Thomas absque implicatione, si his temporibus superstes  
esser,

esset, quando, ut Minister Ecclesiae celebraret festum Conceptionis (ne fatuè, & Sacrilegè celebraret) habere assensum practicum circa immaculatam Conceptionem, & postea in angulo mentis, & ut particula vis persona speculativa (licet cum magno rubore) ab articulo Immaculatae Conceptionis dissentiri. Sed, quod defacto id præstaret, quis Impius, & Antithomista crederet? Nam repugnare suis principijs late ostensum est in 2. rat. num. 31. & 32.

67 Si ex reuelationibus suffragia (ut par est) sumere velimus, in Regesto Armamentarij Seraphici à columnā 587. usque ad 597. recensentur 32. reuelationes sententiae pię suffragantes, quarum quædam factæ sunt Sanctis Catalogo Diuorū iam adscriptis; scilicet Diuo Anselmo, Gertrudi, Noruerto, Birgittæ, Hildegardi, Mehthildi, Elisabethæ, Franciscæ Romanæ, quædam vero alijs iam Beatis; scilicet B. Angele, Petro Villariensi, Amadeo, Iacobo de Marchia, & denique aliæ alijs eximiæ sanctitatis viris, & fœminis; Beatrici de Silua, Fratri Ioanni de la Cruz, Francisco de Salas, Marianæ de IESV, &c. Et quamvis in omnibus saluentur conditiones omnes, & regulę communiter à Theologis requisitæ, ut tanquam verę à Catholicis suscipi debeant: præcipue in reuelatione Sanctæ Birgittæ maximè relucent, nam habentur in lib. 1. reuelationum eius, cap. 9. & lib. 6. cap. 45. & 55. & teste Turre-Cremata Dominicanō in suo defensorio præfixo libris harum reuelationum; reuelationes Sanctæ Birgittæ diligenter fuerunt examinatae, anno 1377. per Comitarios Grégorij XI. qui fuerunt quinque Cardinales, & duo Episcopi, & Magister Sacri Palati Ordinis Prædicatorum, & ab his omnibus approbatæ sunt, & post biennium, Urbanus VI. iterum examinari iussit à ioridem Cardinalibus, & diuersis Episcopis, & Doctoribus, qui omnes esse authenticas, veridicas, & à spiritu diuino communicatas subscripterunt, & postea in eius Canonizatione, laudatae, approbatæ, & confirmatae à

Bonifacio IX. & Martino V.

68 Ex quibus inferes primo. Nō esse audiendum Caietanum dum in opusculo de Conceptione, cap. 5. ait exiguam probabilitatem ex istis reuelationibus defumi, quia Sanctæ Catharinæ Senensis reuelatum fuit oppositum, scilicet Virginem Conceptam fuisse in peccato, & maiori fide (inquit) videtur digna Sancta Catharina, quia Canonizata est, sicut ceteri Sancti, Sancta verò Birgitta Canonizata est tempore Schismatis, quo nullus habebatur certus, & indubitus Papa. Tum, quia temerè dicit Sanctam Birgittam nō esse Canonizatam, sicut ceteri Sancti, nam in lib. reuelationum eius præfixa est Bulla Canonizationis eius edita à Bonifacio IX. qui verus Pontifex fuisse creditur, præsertim cū postea confirmauerit eandem Bullam Martinus V. qui secundum omnes fuit indubitus Papa. Tum etiam, quia reuelatio facta Sanctæ Catharinæ, cuius mentionem faciunt Caietanus, & Antoninus Apochripha ab omnibus reputatur, quia neque Reimundus, neque Stephanus Carthusiensis, neque Frater Thomas Senensis, neque ullus alius, qui vitam ipsius scripsiterit, talis reuelationis mentionem faciūt. Neque inconueniente vacaret admittere duas cœlestes reuelationes absolutas, & eiusdem rei ex diametro oppositas.

69 Secundo inferes. Quam non solum temere, sed etiā impie libellator Anonymus in 2. lib. num. 30. alibi 37. auctor est appellare reuelationes *istas confictas*. Nam aliud est reuelationes esse *falsas* aliud esse *confictas*; si primum dicere, & si temerarius esset, sed non impius, quia nullum crimen obijceret authori, sed tantum illusionem esse passum, dum Deo tribuit, quæ sunt Dæmonis, vel propriæ immaginacionis, sed affirmando, vt affirmat ultimum, etiam impius est, nam verbum *confictas*, Authoris dolorum, & fraudem denotat, scilicet, quod sciens, prudensque mentiatur, & pro reuelatione vedi et commentum suum. Si ergo reuelationes

nes Sanctæ Brigittæ , & aliorum Sanctorum confitæ sunt, ipsi finxerunt, quod de Birgitta, & de alijs Sanctis assertere, impium sane est.

70 Si miraculorum suffragia, & numeranda, & ponderanda sint. Nullum numerari potest factum à Deo in confirmationem, quod Virgo fuerit in peccato originali Concep ta, nisi forte velint aduersarij, recensere factum apud Bernates, cuius narratio verè somniata non est, nam ipsum cū omnibus suis circumstantijs narrant Surius ad annum 1509. Nicolaus Baselius in additionibus ad Chronicum Naucle. i folio 1006, & quidam libellus, qui habetur in Conventu Matritensi Sancti Francisci, cuius titulus est, *Defensorium impie falsitatis, excusum in Germania anno 1509.* Sed denar ratione, & ponderatione huius miraculi, apud aduersarios, & etiam apud nos altum silentium.

71 In testimonium autem, & testificationem, quod Virgo fuerit ab originali labe præseruata, aut quod cultus immaculatæ Conceptionis sit Deo gratus, & acceptus, in Regesto Armamentarij Seraphici à columnā 562. usque ad 586. septuaginta duo miracula virtute diuina patrata, ex Authoribus sive dignis referuntur, quorum aliqua ex officio Divino Bernardini de Bustos à Summo Pontifice Sixto Quarto in Bulla in ipso prefixa approbato desumpta sunt. Et miraculum 63. quo narratur Compluti Mariam de la Peñuela coram Imagine immaculatæ Conceptionis salvarem deprecantem, (ex iussu Sancti Didaci, cuius sepulchrū sanitatis causa iniulerat) illico ab horribili paralysi sanaram fuisse resertur, ut approbatum in Bulla Canonizationis ipsius Sancti Didaci. Imò Franciscus de Peña, Sacrae Rotæ Auditor, & eiusdem Canonizationis aduocatus lib. 2. de vita Sancti Didaci, cap. 73. affirmat, fuisse hoc miraculum unum ex fundamentis, quibus mota est Sedes Apostolica ad Canonizandum Sanctum Didacum; Quod si libellator audeat, sicut defacto audeat, hec miracula somniata appellat.

re, non multum distat, ut Bullam Sixti Quarti, & Bullam Canonizationis Sancti Didaci etiam somniatas appelleret.

72. Accedant demum ad suffragandum rationes. Nam quando aliqua veritas, de qua est dissidium, non continetur expressè in scriptura, quærendam esse rationem ad illam comprobandum, ita, ut virationis veritas induat rationem authoritatis, docuit Augustinus serm. de Assumptione Virginis, his aureis verbis. *Quid de Mariæ morte? Quid de eius Assumptione dicendam est? Vbi scriptura nihil commemorat, nisi quærendum ratione quid conueniat veritati, siatque ipsa veritas authoritas, sine qua neque est, nec valider authoritas.* Et quidem lente hæc aduersæ nullam rationem suffragari, ex dictis in 2. rat. à num. 35. usque ad 43. manifestissimum est. Sententia vero pia una ratio pro mille suffragatur, quam paucis tetigit Scotus in 3. dist. 3. quæ est. *Vnica, §. Si autem teneatur, & sic efformari potest.*

73. Quidquid dignitatis, & honoris tribuere possumus Virgini, & Matri Dei, minime repugnans Sacrae Scripturæ, & traditioni Ecclesiæ absque dubio ipsis tribuere debemus; sed dignitas, & honor præseruationis à contractione peccati originalis in Virgine, & Matre Dei minime repugnat Sacrae Scripturæ, & traditioni Ecclesiæ: ergo dignitatem, & honorem præseruationis à contractione peccati originalis, Virgini, & Matri Dei absque dubio omnes tribuere debemus. Maior huius discursus omnibus sanè indubitate est, imò ex hoc solo principio Patres, & Theologi, & ipsa Mater Ecclesia plura, (& non tanti honoris, & dignitatis) sine ulla controvèrsia, Virgini, & Matri Dei concedunt, scilicet integratam corporis, Assumptionem in cœlos in corpore, & anima, Immunitatem à peccatis venialibus, &c. Minor vero (scilicet præseruationem Virginis à peccato originali minime pugnare cum Sacra Scriptura, aut traditioni Ecclesiæ, imò oppositum affirmare non posse absque nota temeritatis, & erroris) ex dictis in 2. rat. à num. 3. usque

que ad 7, ex constitutionibus Graue nimis, & ex Concilio Tridentino latè probata manet.

74 Ecce vota, seu suffragia omniū, quæ suffragari possunt, tam affirmatiuæ, quam negatiuæ sententiæ, non solū numerata, sed etiam (ex præscripto Libellatoris) ponderata. Ad quid ergo verba illa inflata Libellatoris? *Sed vota non sunt numeranda, sed ponderanda, nisi, ut non solum numero, sed etiam pondere suffragiorum sententiæ pia obruatur, & clara luce agnoscat Virginem fuisse à labe peccati originalis preservatam, esse communē consensum Populi Christiani, à minimo, usque ad Maximum.*

## EPILOGVS.



X dictis, & discussis in tribus superioribus rationibus clare constat, quam firma, & inconcussa maneat Prior nostra propositiō, quam demonstrandam suscepimus. Si enim ad hoc, ut habeatur pro comperito aliquam veritatem ad materiam Religionis spectantem esse definibilem, ad summum tria requirantur. Primū. Quod ita certa sit, ut prædicta veritas in re non possit subesse falso. Secundū. Quod neque scripture, neque traditioni Ecclesiæ, neque Sanctis Patribus, neque rationi sit contraria. Tertium. Quod sit recepta, & approbata à communi consensu Populi Christiani. Cum ex i. rat. constet veritatem articuli immaculatæ Conceptionis, his temporibus, ita esse certam, ut in re non possit subesse falso, & ex secunda propositione, neque scripture, neque traditioni Ecclesiæ, neque Sanctis Patribus, neque rationi opponi, & ex propositione tertia, intuendam, & defendendam prædictam veritatem omnem Populum Christianum conspirare. Profectio ex dictis, & discussis in tribus superioribus rationibus firmum, & inconcussum manet, quod *Definib-*  
*lizas*

*litas Articuli Immaculatae Conceptionis, his temporibus,  
pro comperto habenda est.*

## POSTERIOR PROPOSITIO.

*Conueniens est, ut veritas Articuli Imma-  
culatae Conceptionis à Summo Romano  
Pontifice, quam citius è Cathe-  
dra declaretur.*

**V**ERITAS, & firmitas huius posterioris pro positionis, ex veritate, & firmitate prioris propositionis, manifestè inferitur. Si enim Diffinibilitas articuli Immaculatae Conceptionis his temporibus pro cōperto habenda est: ergo conueniens erit, quod veritas articuli Immaculatae Conceptionis, quam citius à Summo Romano Pontifice è Cathedra declaretur.

### Primo.

**A**De uitanda scandala inter Catholicos. (Licet enim necessarium sit evenire scandala, & tamen homini illi per quem scandalum venit,) Quod ergo à temporibus Scotti, qui non solum docuit, sed etiam suscitò, & vicit, Virginem in instanti sue animationis fuisse sanctificatam, & consequenter à peccati originalis contrariatione præseruatam, ex assertione sententiae contrarie ora fuérint scandala inter Catholicos, maximè quando adversarij sententiam Scotti nota heresis invrebant, nullus dubitat; Quod ad uitanda hæc scandala Summi Pontifices, ut opimi Pastores, maximè laborauerint, & plura de- creta,

creta, & constitutiones ediderint, ignorat nemo. Quod remedia adhibita à Summis Pontificibus ad evitanda hæc scādala insufficientia fuerint, quamvis, cum adhibebatur, metiro videbantur opportuna, & tristis experientia docuit, & subsequens enarratio declarabit.

2 Sixtus Quartus ad evitanda hæc scādala, prævia matutissima consultatione, & diligentissimo examine, festum immaculatæ Conceptionis instituit, & Romanum fecit. Quis non crederet omnes sententiam piam, & Scoticam Doctrinam amplexuros, quam Romana Ecclesia honore diuini officij decorauerat? Sed quia in concionibus, & disputationibus Scholasticis mentes, & linguas liberas reliquit, maiora scadala sunt secuta. Nam aduersarij sententiæ piæ, non ignari, quod Romana Ecclesia festum Conceptionis celebrabat, & ad hunc finem officium propium instituerat, ausi sunt publicè prædicare, festum Conceptionis, quod Ecclesia Romana celebrabat, non esse naturalis, sed spiritualis Conceptionis, & qui festum Conceptionis naturalis Sanctæ, & Immaculatæ celebrabant esse hæreticos. Quæ scadala, & si Graue nimis, & molestæ, &c. Tulerit Sixtus Quartus, & audaces Prædicatores compescuerit, assertionesque eorum, ut falsas, temerarias, & erroneas dānauerit, sere nihil profecit, fueritque Alexandro VI. necessarium iterum fulminare, & in eos qui Sixtianas Constitutiones perperam interpretabantur, animaduertere. Neque ideo scadala sunt sopita. Quare compulsus est Pius V. disputationes vulgari sermone prohibere, vbi promiscua visorū, & mulierum multitudo conueniret, sed parum profuit. Quod considerans Paulus Quintus, & magno dolore deplorans scadala, & iurgia, quæ in populo Christiano, ex assertione sententiæ affirmatiæ oriebantur, eam in publico silere fecit, & iussit, quo creditum est vltro ab aduersarijs deserendam. Quis enim amaret doctrinam, quam non possit palam, & in aperto queri? Sed, quæ non poterat in publico

blico, clanculum prodibat, seque priuatis sermonibus infens scandala excitabat. Quod resciens Gregorius XV. ad evitanda hæc scandala, illam omnino obmutescere iussit. Et ad tollendum horrēdum schisma, quod in celebrationē festi Conceptionis gradiebatur, ex eo, quod aliqui sub nomine Sanctificationis illud celerabant, addidit idem Pontifex, ut etiam seculatores sententiæ affirmatiæ, non Sanctificationis voce, ut antea, sed Conceptionis (ut vniuersalis Ecclesia vtebatur) in Diuino Officio vteretur. Quis nō crederet, hoc silentio imposito, omnes relicturos doctrinam, & linguis, & calamis decreto Pontificio interdictam? Quis non putaret, neminem audere speculatiuē (quamvis ei liceret) dissentiri ab illa veritate, cui practice in Diuino Officio, ex precepto Ecclesiastico, & nō cultus esset fatus, & sacrilegus assentiri tenebatur? Sed cum id sperabamus, Ecce quidam Libellator Anonymus ex summa benignitate Ecclesiæ, & contra Gregorium, & contra Prædecessores eius, & contra ipsam Matrem Ecclesiam, ex antiquo festum Immaculatæ Conceptionis celebrantem, arma assumit. Si quidem ex eo, quod Gregorius suo decreto Immaculatam Conceptionem non definit, sed sua benignitate permittit oppositam sententiam speculatiuē in angulo mentis divergari, ansam sumit ad asserendum. Ex vi Gregoriani decreti, quo præcipitur omnibus, ut in diuino officio non alio quam Conceptionis nomine vtamur. Aut Gregorium sibi fuisse contrarium, aut necessario fatidum (mirabile dictu, & scandalis plenum) nomen *Conceptionis*, quod ante decre-  
sum Gregorianum in diuino officio supponebat (omnium calculo, etiam Patrum Prædicatorum) pro Conceptione naturali in primo instanti animationis Sancta, & Immacu-  
lata, propriam suppositionem amisisse, & in contrariam transisse, scilicet ad significandum, & suponendum pro san-  
ctificatione abstractamente à primo, & posteriori instanti animationis, & utriusque sententiæ communi; Quo temera-  
rio

rio figmento sustinet hic Libellator in festo Conceptio-  
nis, quod Ecclesia celebrat, obiectum sacri cultus non esse  
id, quod nomen Conceptio propriè significat, sed sanctifi-  
cationem Virginis, quæ metaphorice Conceptio Spiri-  
tualis solet appellari, quæ est sententia illa antiqua, quam  
Sixtus Quartus in priori Constitutione Graue nimis, ut  
falsam, temerariam, & erroneam condemnauit; Quin ex  
eadem benignitate Ecclesie, scilicet, quod Gregorius Co-  
ceptionem Virginis Immaculatam non definit, Concep-  
tionem Sanctam à possessione tituli *Immaculatae* expoliare  
conatur, & solum Virgini esse concedendum procurat,  
quasi posset Virgo simpliciter, & absolute Immaculata  
appellari, (ut à Sanctis Patribus, à Summis Pontificibus, &  
ab OEcumenicis Concilijs paßim appellatur) & simul  
in instati suę Conceptionis peccati originalis maculā cō-  
traxisse. Quin inaudita parte assertū decretū à Santa In-  
quisitione extorquet, prædictum titulum Cōceptioni pro-  
hibens, & ipse promulgat. Quibus factum est, ut res in  
peiori statu sit, quam ante Gregorium, & scandala accre-  
uerint. Quid ergo faciendum, ut tot vitentur scandala?  
Experientia clamat. Radix scādalorum euellatur. Liber-  
tate sentiendi oppositum, qua abutuntur, expoliētur Ad-  
uersarij. Veritas, Articuli *Immaculatae Conceptionis* à  
*Summo Romano Pontifice*, quam citius ē *Cathedra de-*  
*claretur*, Quia ad tollenda scandala inter Catholicos cō-  
ueniens, & decens est.

*Secundo.*

**A**D obſtruenda Hæretorum ora, qui occasio-  
ne tam diuturuæ controvēſiæ inter Catholicos,  
more ſuo multa ludibria in Catholicos im-  
pingunt, Quin anſam ſumunt in geminandi calumnias ad-  
N uerſum

versum infallibile iudicium Ecclesiae, quam ansam præstant aduersarij, dum ex prætextu, quod veritas Immaculatæ Conceptionis non est definita, & adhuc sibi restat libertas oppositum sentiendi, ad soluendum ea, quæ ex institutione Ecclesiae, & ex decretis Pontificijs ipsis obiciuntur, plura respondent hæreticis fauentia, & ex quibus ansam sumunt ingeminâdi calumnias aduersus iudicium infallibile Ecclesiae.

4 Et quamuis ad id probandum, quam plurima adduci possent, sufficiant pro nunc, quæ ex insertis à Libellatore in suis libelliis clare deducuntur. Primum. *Obiectum sacri cultus* (quo à temporibus Sixti Quarti Ecclesia Romana festum Conceptionis celebrabat, & à temporibus Pij Quinti ex præcepto Ecclesiastico vniuersalis Ecclesia celebrat) esse *Sanctum, et Immaculatum, dubium, et incertum esse*. Secundum. *Officium Conceptionis à Nogarolo dispositum* (non solum à Sixto Quarto laudatum, & approbatum in Extrauaganti *Cum præ excelsa*, sed in praxi à Sancta Romana Ecclesia ferè per centum annos receptu, & quo defacto Fratres Minores vtuntur ex concessione Apostolica) *nullius esse momenti, seu authoritatis ad veritatem Immaculatæ Conceptionis comprobandam*. Tertium, & quod maius est, *Gregorium XV. persuum decretum, non solum reliquissime sensum, in quo vniuersalis Ecclesia, ante emanatum decretum festum Conceptionis celebrabat, sed in contrarium mutasse, scilicet in festum sanctificationis, seu spiritualis Conceptionis abstrahentis à primo, & secundo instanti, non ignarus, quod hic sensus fuerit à Sixto Quarto, ut falsus, temerarius, & erroneus condemnatus*. Quartum. *Sententiam contrariam sententiæ piæ* (quæ pia ab Ecclesia sacro cultu veneratur) *esse in scriptura fundatam, et omnium antiquorum Patrum, et Doctorum consensu firmatam*. Quintum. *Reuelationes*

nes Sanctæ Birgittæ, (toties ab Ecclesia examinatas, & approbatas) & plurium aliorum Sanctorum, quibus referuntur, Virginem fuisse à peccato originali præseruatam, non solum falsas, sed *confictas esse*. Sextum. *Miracula*, quæ patravit Deus in confirmationem præseruationis Virginis à peccato originali, vel in protestationem, quod cultus sacer Immaculatæ Conceptionis sit sibi gratus, & acceptus, quidrū aliqua in officio diuino à Sixto Quarto approbato referuntur, imò miraculum Matris de la Penue-la in Bulla Canonizationis Sancti Didaci approbatur, *esse somniata*.

5 Hæc, & aliæ similes solutiones, quibus contemnere curant aduersarij argumenta, quæ ad probandam Conceptionem Immaculatam ex sacro cultu, quo vniuersalis Ecclesia festum Conceptionis celebrat, aut ex decretis Pōtificij huius sacro cultui fauentibus desumuntur, non ex alio præ textu, nisi, quod veritas Immaculatæ Conceptionis adhuc non est definita, & eis libertas permissa opposito assentiendi, quantum faueant hæreticorum dogmati de verbo *Dei scripto*, & quam periculosa ansam eis tribuant ingeminandi calumnias aduersus infallibile iudicium Ecclesiæ, quisque consideret, & interim censuram Fratris ipsorum Ambrosij Catherini attendamus.

6 Hic igitur Grauissimus Author maximè dolens Fratres suos his, & similibus solutionibus abuti ad evananda argumenta, quæ ad probandum veritatem Immaculatæ Conceptionis ex sacro cultu, quo Romana Ecclesia festum Conceptionis celebrat, deducuntur, & confessens solutiones istas ex parte infallibile indicium Ecclesiæ minuentes, cum dogmate hæreticorum, qui solum admittunt verbum *Dei scriptum*, & infallibile iudicium Ecclesiæ totaliter, & absolute contemnunt, sic eos alloquitur. *Re vera hic unus est in fide nostra lapsus grauissimus*,

¶ præcipuum periculum, si Romanæ authoritatem Ecclæsinimus apud nos periclitari. Quod si patimur, o Patres hanc persuasione inualescere, & apud eos etiam vigere, qui se maxime Catholicos profiterentur, certe (quod cum dolore dico, dicam tamen, quia veritas est) Lutheranæ sectæ, imo communi omnium hæreticorum errori perniciössime fauemus. Nam in hanc petram in omni suo dogmate impingunt omnia respuentes, quæ ab ipsa fiunt sine Dei verbo (ut aiunt) expresso. Quid si quis obijciat? Minus irrationabiliter, quam vos in hac parte loqui, nihil enim non certum admitti volunt in cultu Dei, quod quidem sapienter dicitur propter periculum idolatriæ, quo stante in eo solum aberrat, quod nihil certum esse arbitrantur, etiam ab Ecclesia probatum, nisi fuerit verbo Dei, & in scripturis expressum: Ideoque totam Ecclesiac faciem deturpant, vos autem dum in his ordinandis, atque instituendis aberrare posse Romanam, & Uniuersalem Ecclesiam existimatis, ac defacto in hac celebratione aberrare contenditis, in certum nobis omnem diuinum cultum redditis, & nutantem facitis Christianam fidem, quam præcipue in diuino cultu profitemur, atque protestamur. Minus autem insipienter erraretis nullos penitus cultus admittendo, quos Ecclesia instituit absque Dei verbo expresso (ut habet Lutheranum Dogma) quam illos admittendo, fateri simul posse eos esse mendaces, ut cuique liceat ad libitum, vel admittere, vel negare absque fidei nostræ præiudicio, & scandalo; Multa enim penitus non coli Deus, qui summa est veritas, quam mendacibus coli cultibus, aut incertis. Hæc Catherinus.

7 Ad rem ergo, si predictis solutionibus Hæreticorum Dogmati de Verbo Dei scripto fauentibus ancam tribuunt aduersarij ipsis Hæreticis ingeminandi calumnias aduersus iudicium infallibile Ecclesiæ, & non ex alio prætextu solu-

solutiones istæ proferūtur (ipsis aduersarijs farentibus) nisi, quod veritas Immaculatæ Conceptionis adhuc est indefinita, & ipsis permisum liberè opposito assentiri. Quis dubitare potest ad confringendam hanc periculosa[m] an-sam, & consequenter ad ora hæreticorum obstruenda, conueniens, & expediēs esse. Ut radix huius ansæ euella-tur. Libertate, qua abvintunt aduersarij expolientur. Ve-ritas articuli Immaculatæ Conceptionis à Summo Roma-no Pontifice, quam citius è Cathedra declaretur?

### Tertio.

8

**A**d declarandum, & statuendum, quis sit verus sensus scripturarum, & à Catholicis firmiter amplectendus, præcipue in illis authoritatibus Divi Pauli, quibus non sine scandalo abvtuntur aduersarij ad probandum Virginem Mariam defacto peccatum originale contraxisse.

9 Quod enim ex prædictis authoritatibus Dini Pau-li, nullo modo convincatur Virginem Mariam defacto peccatum originale contraxisse, sed solum convincatur per prævaricationem Adæ omnes ex illo per feminalem propagationem descendentes contraxisse debitum mora-le carendi iustitia originali, & consequenter contrahendi peccatum originale, quod in priuatione iustitiae origina-lis consistit, imò defacto illud contrahere, nisi à tali actua-li contractione à Deo speciali privilegio aliquis preserue-tur, & in hoc sensu esse prædictas authoritates Divi Pauli intelligendas, & docuit Scotus in 3. dist. 3. quæst. ynica, & post ipsum vnanimiter omnes Theologi falsi sunt; Quod à temporibus Sixti Quarti, quibus Romana Ecclesia cæ-pi festum Conceptionis sacro cultu venerari, non possi-mus absque temeritatis, & erroris nota affirmare ex præ-dictis

## 96 POSTERIOR PROPOSIT. RAT. IV.

dicitis authoritatibus Divi Pauli deduci, & conuinci Virginem Mariam defacto peccatum originale contraxisse, latè ostendimus in Priori propositione, rat. 2. à num. 5. Quod his non obstantibus adhuc aduersarij contendant ex prædictis authoritatibus Divi Pauli Virginem defacto peccatum originalem contraxisse, comprobari, & experientia docet, & Libellator in suis libellis inseruit, illis verbis; *Cogitur ergo ipsa Ecclesia uti huiusmodi cautelis ad sustinendum opinionem à Deo in Sacra Scriptura fundatam, & omnium antiquorum Patrum, & Doctorum consensu firmatam.* Quod fundamentum, & radix huius temerarie expositionis Scripturarum sint istæ propositiones, *Veritas Immaculatae Conceptionis non est definita.* Nobis permissa libertas oppositio assentiendi. Non solum aduersarij fatentur, sed proclamant: ergo ad sepieliendam tam temerariam expositionem Scripturarum, & explicandum qualis sit verus sensus authoritatum Pauli, quibus (non sine scandalo) ab utuntur aduersarij, conueniēs, & decens erit. Ut radix euellatur, Libertate qua ab utuntur aduersarij expolientur. *Veritas articuli Immaculatae Conceptionis à Summo Romano Pontifice, quam citoius e Cathedra declaretur.*

*Quarto, & ultimo.*

**A**D consulendum auctoritatibus Sanctorum Patrum. Quas aduersarij non ex alio capite, nisi, quod eis licet affirmatiæ sententiæ speculativæ assentiri, non solum adulterant, sed etiam, ut eis faueant, maximè illis (& non sine iniuria Sanctorum Patrum, imò magna cum temeritate) abutuntur.

**Quod enim antiqui Pares ad totaliter extinguerendam hæresim Pelagianam, quoties de contractione peccati**

peccati originalis, vel absolutè, vel respectuè ad Virginem verba faciunt, firmiter stabilierint, ex vi pacti, seu legis vniuersalis omnes descendentes ex Adamo per seminalem propagationem (nullo dempto, neque ipsa Virgine Maria) contracturos peccatum originale; imò defacto illud contrahere, nisi ex speciali privilegio aliquis ab actuali contractione fuerit à Deo præseruatus. Ex dictis pro Priori propositione, rat. 2. num. 21. manifestè constat. Quod etiam istimè Patres Antiqui quando de quæst. defacto: *Vtrum scilicet Virgo Maria ex speciali priuilegio fuerit ab actuali contractione peccati originalis præseruata*, verba faciunt, omnes vnanimitur sententiæ piaë suffragati fuerint, authoritates adductæ pro Priori proposit. rat. 3. à num. 22. legentibus ostendent. Non enim (vt sèpè dixi) propositiones istæ sunt oppositæ; *Virgo ex vi pacti, seu legis vniuersalis contraxit peccatum originale* *Virgo ex speciali priuilegio, non contraxit peccatum originale*. Quod his non obstantibus, non solum aduersarij antiqui, sed etiam recentiores authoritatibus Antiquorum Patrum, quibus contra Pelagium statuerunt Virginem ex vi legis vniuersalis peccatum originale contraxisse, maximè abutantur, (adducunt enim illas ad probandum Virginem defacto ex speciali priuilegio non fuisse præseruaram ab actuali peccati originalis contractione, sed de facto illud contraxisse) qui Bandellum, Caietanum, Medicinam, & Libellatorem legerint, facile inuenient. Quod abusione ista, non solum sint iniurij Antiquis Patribus, (faciunt enim illos, non solum in sua doctrina inconstantes; sed etiam sibimet ipsis contrarios, in alijs locis pro priori propositione, rat. 3. à num. 22. usque ad 53. citatis,) sed etiam non sine temeritate loquantur (est enim temerarium affirmare Matrem Ecclesiam aliquid sacro cultu venerari, quod est contrarium Doctrinæ Sanctorum Patrum) yide-

videtur manifestum. Quod ad tam perniciosos abusus an-  
sam præstet, commune ipsorum proloquium. *Veritas im-  
maculatae Conceptionis, non est definita. Nobis permissa  
est libertas opposito assentiendi ipsi decantant*: Ergo cō-  
ueniens, & decens erit ad consulendum authoritatibus  
Sanctorum Patrum, & istos abusus sepeliendos. Quod  
radix ipsorum euellatur. Quod libertate qua abutuntur  
aduersarij expolientur. *Quod veritas articuli Immacu-  
latæ Conceptionis à Summo Romano Pontifice, quam ci-  
tius è Cathedra declaretar.*

12 Item. Quod Diuus Thomas, & Diuus Bernardus  
(cum Conceptionem Virginis Maculatam appellant, &  
indignam sacro cultu, imò oppositum afferentes dignos  
censura iudicant) non loquuti fuerint de Conceptione  
sumpta pro animatione, (que est, quam nostris temporis  
bus Mater Ecclesia sacro cultu veneratur, & illam censu-  
rantes Sixtus Quartus, ut temerarios, & erroneos condé-  
nat) sed de Conceptione sumpta pro actione formativa  
fœtus, quæ ipsam animationem antecedit. Ex professo su-  
pra in priori proposit. rat. 2. à num. 22. usque ad 30. ex prin-  
cipijs Divi Thomæ, & Divi Bernardi latè ostendimus.  
Quod his non obstantibus adhuc Aduersarij persistant in  
affirmendo Diuum Thomam, & Diuum Bernardum lo-  
quutos fuisse de Cōceptione sumpta pro animatione, nul-  
lus dubitare potest, cum ad probandam sententiam suam,  
nostramque repellendam prædictis authoritatibus abutā-  
tur. Quod hoc ausu in duo luminaria Ecclesiæ iniuriam  
maximam impingant. Quis dubitare potest? Cum ipsam  
met Conceptionem, quam vniuersalis Ecclesia sacro cul-  
tu veneratur, & illam censurantes, ut temerarios, & er-  
roneos condemnat, audacter sustinere curant in senten-  
cia Divi Thomæ, & Divi Bernardi fuisse maculatam, &  
sacro cultu indignam, imò oppositum afferentes censura  
condignos esse,

13 Rursus Dato, (sed mitimè concessio) D. Thomam, & D. Bernardum ante tempora Sixti Quarti, quando Ecclesia Romana festum Conceptionis, non instituerat, aliquid affirmasse fauens sententiæ affirmatiue. Quod sancti isti si superstites essent his temporibus, quibus vniuersalis Ecclesia festum Conceptionis celebrat, imò sub nomine Conceptionis ex præcepto Gregorij XV. sententiam mutarent, & totis viribus adhærent sententiæ pię. Ex eorum principijs priori propositione, rat. 2. à num. 31. vsque ad 32. manifestè ostendimus. Quod sancti isti, & si in dicta hypothesi practicè sententiæ pię assentirentur, scilicet quādo, ut ministri Ecclesiae festum Conceptionis celebrarent, nihilominus speculatiuè, & ut personæ particulares (mirabile dictu) à prædicta sententia pia dissentirent, aduersarij affirmant, non ex alio principio, nisi, quod circa eandem rem optimè compatiuntur assensus practicus, & dissensus speculatiuus, & ipsis permisum clamant ab articulo Immaculatę Conceptionis speculatiuè (licet in angulo mentis) posse dissentiri: Ergo ad cōsulendum authoritatibus D. Thome, & D. Bernardi, quibus ita aductor abutuntur aduersarij, conueniens, & decens erit. Ut radix euellatur. Liberate, qua abutuntur aduersarij expolientur. *Veritas articuli Immaculatę Conceptionis à Summo Romano Pontifice, quam citius ē Cathedra declaretur.*

### *Conclusio totius operis.*

**E**X omnibus discussis circa duas supra positas propositiones, quod infertur, & concluditur ad nostrum intentum est. In omnes Prelatos Ecclesiasticos incumbere Summum Pontificem personaliter, vel per literas adire, & ad eius sacros pedes deuoluitos

Iustos tam nomine suo, quam totius Populi Christiani, enixè, & humiliter implorare, *Vt Veritatem Articuli Immaculatæ Conceptionis* (supposito, quod ex facto cultu talis certitudine gaudet, vt in re non possit ei subesse fallum. Supposito tantum abesse, quod Scripturæ Sacræ, Sancti Patres, & rationes ipsi opponantur, vt potius Scripturæ Sacræ, Sancti Patres, & rationes evidenterissimè ei faueant. Supposito, quod consensus Populi Christiani vnamiter, à minimo, usque ad maximum, præsertim in praxi sacri cultus ipsam amplectitur.) Ad scandala inter Catholicos eradicanda; Ad ora hereticorum obstruenda; Ad legitimum, & sanū sensum Scripturarum stabiliendum; Ad consolendum Sanctorum authoritatibus, quibus audacter abutuntur aduersarij; Ad hoc, vt vniuersalis Ecclesia tranquilla devotione legetur; Ex eodem motu, seu principio, quo nixi sunt prædecessores eius, ad decreta, tam favorabilia prædictæ veritati promulganda. Scilicet Ecclesia Romana festū Conceptionis celebrat, sua benignitate, dignetur ē Cathedra declarare; Seu, vt verbis clarioribus, & forte faciliорibus utar. Dignetur Sanctitas sua positivè decernere rem, adeò perspicuum, scilicet, In festo Conceptionis, quod vniuersalis Ecclesia sacro cultu celebrat, obiectum prædicti sacri cultus esse Conceptionem naturalem Virginis in ipsomet instanti animationis Sanctā, & Immaculatam. Nam Domina, & Regina nostra, & Angelorum, Mater Vnigeniti Filij Dei incessanter clamat, *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.*

*Omnia Censuræ, & Correctioni Ecclesiæ ex  
hac rubrica non sunt. Non numerata sunt flos  
ad ecclesiæ correctionem.*

*Fr. Ioannes Episcopus Vallis-Olet.*





LIBRARY OF THE

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES  
Korean Collection









Biblioteca de  
**124**

—  
C  
ta

C  
E  
ta

E  
ta

E  
ta

Juan

ta

ta

Biblioteca de Santa Cruz  
**12464**

UVa. BHSC. SC 12464